dita fuit: At vero in noſtra ſpecie primus emptor, duobus ſucceſſiuè minimè] vendidit, ſed vni tantum rem per l. alias retractui ſubiectam. Vnde venditio illa quamtuncunque traditione ſequuta legis beneficio retractus, ratione ſanguinis, vel communionis obeſſe nullo modo poteſt, ex quo actio, quæ ad retrahendum competit, eſt in rem ſcripta, vocaturque conditio ex lege, & datur non ſolum contra primum emptorem, ſed etiam contra alium quemlibet tertium poſſeſſorem, vt ex aliis *ſupra* probauimus. Nulla igitur conſequentia ex hoc deduci poteſt, vt prædict. venditiones intermediæ ſub præd. tacita conditione ſint factæ, neque quod omnino nullæ reddantur, eo ipſo quod retractus intentatur, neque quod dominium continuo tranſlatum reuocetur. Secundum etiam fundamentum Mol. nempe quod primus emptor, qui eam rem ſecundo vendidit, cæterique deinceps venditores non teneantur de euictione facto retractu ſequentibus emptoribus, falſum eſt, vt *ſupra* probauimus, præterquam, quod ipſemet Molina id nullo modo probat: Vera igitur eſt, vt patet, ſententia, quod ex præd. intermediis venditoribus pure, & abſolute factis, debeatur gabella, etiam ſi poſtea retractus ſequatur eiuſdem rei.

19 Limitatur † tamen hæc ſententia, vt non procedat, quoties hæ intermediæ venditiones non pure, nec abſolute fierent, ſed ſub conditione, ſi retractus poſtea non fiat, vel cum pacto, vel conditione reſolutionis ipſius venditionis in ea, vel ſtatim in continenti appoſitis in euentum retractus: tunc namque merito, vt eo ſubſequuto gabella non debeatur, quia à principio redditur venditio nulla, ac ſi nunquam ipſa celebrata fuiſſet, ex his, quæ late *ſupra aliis quæſt.* diſſeruimus in venditione conditionali, vel cum pacto reſolutiuo ipſius.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione reſciſſa remedio* l. 2. C. de reſcindenda vendit. *&* numer. 2. & 3.

Reſolutio contractu remedio l. 2. C. de reſcindend. vend. reſoluuntur hypothecæ, & omnia onera rei impoſita medio tempore per acquirentem, vt *in num.* 1.

4 *Gabella cuius periculo cedat, reſciſſa venditione, remedio* l. 2. C. de reſcindend. vend. *& num. ſeqq.*

9 *Gabella non debetur in caſu* l. ſi ſponſus, §. circa venditionem, ff. de donat. inter vir. & vxor.

QVÆSTIO XII.

An ex venditione, quæ reſcinditur remedio l. 2. C. de reſcinden. vend. debeatur gabella.

1 QVæro modo, *an ex venditione completa, quæ reſcinditur remedio l. 2. C. de reſcin. vend. debeatur, exigique poſſit gabella?* Et eam non deberi, emptore eligente diſtractum, & reſtitutionem rei, & quod exacta debeat reſtitui, probatur primo, quoniam venditio in præd. ſpecie cum ſequutis ex ea annullatur, & ad non cauſam reducitur, idque ex cauſa antiqua exiſtenti à principio venditionis, & neceſſaria, ſi non præciſe, ſaltem cauſatiua, niſi malit emptor pretium ſupplere: quod videtur ſufficere, præmaxime cum ſola reſciſſio, & reſtitutio ſit in obligatione. Imo etiam ſi vtrumque eſſet pariter in obligatione alternatiue, adhuc idem videtur eſſe dicendum: quia electa reſtitutione rei, apparet retro nihil fuiſſe cum effectu acquiſitum fiſco: acquiſitio enim gabellæ oritur, & fundatur in contractu, *vt in l. 1. tit. 17. hoc lib. 9.* Vnde reſpicit omnes conditiones, & qualitates illius contractus. Sed contractus, & traditio inde ſequuta habuit implicitum ſtatum reſolutionis, & annullationis in hunc euentum: Ergo eodem modo, & gabella fiſco acquiſita, cum non potuerit acquiri, niſi ſub eadem qualitate, & onere, *ex l. fi. & quæ ibi notant* Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. *ff. ſi ex noxal. cauſa agatur.*

Secundo, hæc pars coadiuuatur ex eo, quod reſoluto contractu per viam dict. *l. 2. C. de reſcindend. vendit.* reſoluuntur hypothecæ, & omnia onera rei impoſita medio tempore per acquirentem, ſecundum Bald. *in dict. l. 2. quæſt.* 13. *num.* 17. & ibi Alexand. *in addit.* Salicet. *qu.* 15. *num.* 18. Paul. Caſtr. *col.* 3. *num.* 11. Pantaleon *de Cram. in repeti. colum.* 19. *&* 43. *num.* 189. & eſt verior, & magis communis, vt, plures allegans, affirmat Arias Pinel. *in dict. l. 2. 2. par. c. 3. ſub n. 11. ad fi. C. de reſcind. vendit.* & Socin. Nepo, quem citat, *conſil.* 119. *num.* 19. *lib.* 2. & eam ſequitur Pinel. *vbi ſupra num.* 13. tametſi *num.* 11. *in princip.* referat contrarium tenuiſſe conſtantiſſime Bar. *in l. ſi res. ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſoluitur, & in l. vbi autem, §. Marcell. ff. de in diem adiect. & in l. in diem, ff. de acq. pluu. arcen.* & alios Doctores, quos ibi citat, eſſeque communem ex Boërio *deciſi.* 181. *num.* 10. & tandem Pinel. *numer.* 16. *cum ſequentibus.* ex Bald. & Salycet. *vbi ſupra* refert, eam opinionem intelligendam fore, quando emptor ex neceſſitate iudicij rem reſtituit: ſecus ſi extra iudicialiter omnino voluntarie, quo caſu admittunt opinionẽ Bar. communem, ſed ipſe Pinel. ibidem contrarium probat. Et merito, quia licitum eſt emptori agnoſcere bonam fidem ante iudicium, abſque vlla fraude, vt probauimus *ſupra q.* 11. *n.* 4.

Hæc prima opinio fallit, emptore eligente ſupplere iuſtum pretium, quia tunc ex illo ſupplemento venditori ſoluto ſoluet etiam, & ipſe gabellam, non tantum ex primo pretio.

Quod ſi emptor deceptus ſit, & agat contra venditorem, ipſo venditore eligente exceſſum iuſti pretij, eiſdem rationibus, & fiſcus tenebitur etiam deducere, vel reſtituere pro rata de decima pretij, ſiue gabella recipienda, vel recepta, quia hactenus apparet retro non fuiſſe cum effectu debita: Quod ſi venditor eligat pretium reddere, & rem recuperare, nihil habebit fiſcus ratione gabellæ, & acceptam reſtituet: Non enim ipſi iniuria fit, ſi ius ſuum gabellæ ad limites, & vires contractus, vel actus, ex quo oritur, reducatur, & diſtinguatur, nec etiam vlla captio, quia non tenebitur aliquid reſtituere, niſi quatenus factus eſt, & manet locupletior: Et ita ex præd. rationibus loquens in venditione rei feudalis completa, reſciſſa per remedium *d. l.* 2. reſpectu iurium patrono alias debitorum, hoc eſt releuij, vel laudemij in emphyteuſi domino directo debiti, tenet, & probat Carol. Mol. *in conſuet.* Pariſ. *tit.* 1. §. 22. *num.* 18. *ad fin.* & latius eodem §. 22. *in* 9. *quæſt. num.* 44. & generaliter in omni ſpecie reſtitutionis per viam iuſtitiæ, ſiue ex capite minoris ætatis, ſiue alicuius iuſtæ cauſæ maiori conceſſæ, ſiue in omnem modum reſciſſionis, puta ex cauſa metus, idem probat ipſe Moline 3 *vbi ſupra dict. num.* 18. *ad fin. & num.* 39. *&* 40. quem refert, & ſequitur Arias Pinel. *in dict. l. 2. C. de reſcind. vend. 2. part. c. 3. n.* 35.

3 His † tamen omnibus non obſtantibus contrarium in ſpecie noſtræ quæſtionis: nempe reſpectu gabellæ fiſco, vel eius publicano ſoluendæ, tenendum, & probandum eſt, ac practicandum procul dubio, imo quod venditione reſoluta, aut reſciſſa, ex remedio *d. l. 2. C. de reſcindend. cum ſimil.* gabella adhuc debeatur de venditione, & iam ſoluta condici, aut repeti minime poſſit, etiam ſi res vendita reddatur, atque reſtituatur. Et hoc vnica, & peremptoria ratione ea, ſcilicet, quia cum hæc ipſa venditio, non ipſo iure reſoluatur, ſed actione perſonali per læſum intentata reſcindatur, provt ex nunc: nulla ratio eſt, quare ius ſemel gabellæ gabellario quæſitum, ex venditione valida eidem auferatur, voluntate, & facto partium poſtea ſubſequuto, vt in redhibitione *ſupra q.* 11. reſoluimus: Et quamuis iuxta opinionem Bald. *in d. l. 2. q.* 13. *n.* 17. veriori, & receptiori ſecundum Arium Pinel. *vbi ſupra n.* 11. *ad fin.* reſciſſio venditionis in caſu *d. l.* 2. ſit neceſſaria, & non voluntaria: quamuis contrarium, imo, quod ſit voluntaria, non vero neceſſaria teneat. Bar. & alia communis contraria, cum eo ſupra relata, nihilominus negari non poteſt, quin præciſe non ſit neceſſaria, ſed tantum cauſatiue, vt prædiximus: cum læſor habeat electionem, reſcindendi contractum, vel ſtandi ſupplendo iuſtum pretium, vel reſtituendo exceſſum eius reſpectiue. Ergo ſecundum quid reſciſſio eſt voluntaria, ſcilicet, quatenus ſua mera voluntate & ſpontanea eligit potius vnum, quam aliud. Hæc igitur voluntatis electio nocere non debet gabellario innoxio, cui erat ius quæſitum iuxta doctrinam Bald. & communem *in l. ſi conſtante. col. 2. C. de donat. ante nupt.*

Quare merito hanc opinionem in terminis noſtris in indiuiduo probarunt, & tenẽt idemmet Carol. Mol. *d. §. 22. n. 40. ad fi.* Arias Pin. *vbi ſup. ſub d. n. 35. verſ. diuerſum autem.* Parlad. *lib. 1. rer. quotid. c. 3. §. 5. n.* 5. Laſſar. *de decim. vendi. c. 14. n.* 13 Girond. *de gabell. 6. p. §. vnic. n.* 22. & conueniunt omnes ſecundum Moli. Theolog. *de iuſt. & iur. 2. p. diſput. 349. col. 571. verſ. dubium.*

Ad fundamenta contraria reſpondemus loqui, & locum habere poſſe, quoties ipſa venditio eſt nulla, vel reſoluitur ipſo iure, ex pacto in ipſa appoſito: vel etiam ſi à principio ſit valida, agitur tamen de iurib. & oneribus, feudalibus, quæ principaliter reſpiciuet tranſlationem feudi, & mutationem vaſſallorum, vnde merito, quod ſi feudum venditum, vel permutatum redhibeatur, non debeatur quintum pretij, nec releuium, & exactum reſtitui debeat. Et ideo opinio Carol. Mol. prior in ſuo caſu eſt vera: & nobis in noſtro nihil obeſt ¶ Secus vero eſt, quando vẽditio eſt valida à principio, quod ſufficit, quo ad debitum gabellæ, quæ ſimplicem actũ contractus concernit *vt ſæpe diximus ſup. in aliis q.* Et hæc eſt optima, & iuridica differentia inter hos caſus, provt ſemetipsũ explicat Car. Mol. *dict. n.* 40. *ad fin.* quem cæteri merito ſequuntur.

Non etiam obeſt, illud de hypotheca interim contracta ab emptore in re vendita, quæ ſecundum opinionem Bald. magis communem, atque veriorem reſoluitur, re vendita reſtituta remedio d. l. 2. quia hoc diuerſum à terminis noſtræ quæſtionis: Illa enim hypotheca fundatur in permanentia ipſius contractus, & ideo, reſoluto iure datoris, reſoluitur, & ius acceptoris, *l. lex vectigalis, ff. de pignor.* At vero gabella hoc non reſpicit, ſcilicet permanentiam contractus, ſed tantum valorem ipſius, licet poſtea reſoluatur.

4 His † ſic rectè conſtitutis, ſupereſt modo, vt doceamus, cuius periculo ſolutio gabellæ cedat in prænarrata iam explicata ſpecie, emptoris, an venditoris læſi, vel lædentis? Qua in re, omiſſa diſputatione confuſa Arij Pinel. *vbi ſupra numero* 38. *cum ſequenti.* exploſaque eius opinione, dum magis inclinat contra Iacob. Curt. Brug. quod rei conuenti detrimentum ſit propter culpam læſionis, cum quo tranſire videtur Ioannes Garſ. *de expenſis, c. 18. n.* 54. Rurſus & opinione Parlador. *d. lib. primo, rerum quotid. 3. parte, §. 5. n. 6.* qui verius, & proprius (ſuo iudicio) talem iacturam ad actorem, qui contractus reſciſſionem poſtulat, ſpectare.

5 Mihi † autem in re hac, attenta deciſione, *l. 1. titu. 17. hoc lib. 9.* dum præcipit: *Que los vendedores paguen el alcauala*, obſeruandum primo videtur, vt onus ſoluendi gabellam in præd. ſpecie ſpectet ad venditorem, quando ipſe agit remedio dict. l. 2. & ſibi ab emptore ſuppletur iuſtum pretium, vt cum Laſſar. *dict. cap.* 14. *num.* 15. probat Molina Theolog. *vbi ſupra, col. 571. verſ. quod vero*, vbi quod gabella hæc pertinebit ad dominum, & gabellarium exiſtentes tempore prioris venditionis: non vero ad eos, qui fuerint, quando venditio ad æqualitatem reducitur, quia non eſt noua venditio, ſed reductio prioris ad æqualitatem: Et in hoc caſu gabellarius habebit decimam nedum pretij à principio inter partes conuenti, ſed & ſupplementi poſtea ſoluti: quia ſupplementum ſortitur naturam illius pecuniæ, quæ ſuppletur, & iuxta eam iudicatur, *l. inter ſocerum, §. cum inter, & ibi* Alberic. *ff. de pact. dotalib. l. etiam vbi* Bal. *& alij. C. de iur. dot. & in auth. æqualitas, C. de pact. conuent. l. ſi proprietati, ff. de iur. dot.* Socinus *conſilio* 153. *incipit, pulchra, num. 10. volum. 2. & conſil. 296. in præſenti, verſicul. quarto, & vltim. ad finem, num. 5. eodem volumine.* Tiraquel. *de retrac. lignagier, §. 1. gloſſa 18. num.* 51. & vna eademque res non debet diuerſo iure cenſeri, *l. eum qui ædes, vbi* Bar. *in ſecundo notabil. ff. de vſucap.* & tandem quia hoc totum eſt verum pretium rei venditæ ſolutum, vel ſoluendum, quod verius quidem videtur, tametſi Laſſar. *in addit. cap. 14. de decim. vend. ſuper nu.* 17. teneat, quod decima ſupplementi in præd. ſpecie pertineat ad gabellarium exiſtentem tempore ſupplementi.

6 Secundo † idem eſſe dicendum cenſeo, ſi emptor hic potius eligat rem ipſam reſtituere, quam ſupplere iuſtum pretium: Si enim bona fide emerit, credens, ſcilicet, iuſto pretio emiſſe, ad venditorem quoque ſolutio gabellæ ſpectabit iuxta pretium à principio conuentum, duntaxat non computato eo, quod alias ſupplendum foret, ſi rem emptor habere mallet, iuxta verba dict. l. 1. Regiæ, ibi: *De todo el precio porque vendieren, &c.* Secus ſi ſciens rei valorem data opera vilis emiſſet: vt in aurifice, quia ruſtico, vel alio quoque ignorante paruo pretio lapillum pretioſum emerit: tunc namque emptor hic, vltra reſtitutionem rei, tenebitur quoque gabellæ damnum venditori ſoluere, atque reſarcire ex legali æquitate deſumpta ex textu *in l. debet, ff. de ædilit. edict.* Sicut enim in ea l. venditor decipiens ſoluit onus legale emptori decepto impoſitum, ita, & in hac ſpecie ſoluenda erit ab emptore gabella, quæ alias venditori impoſita eſt, vt recte in eo iudicio in caſu noſtro argumentatur, & probat Laſſarte, *de decim. vendition. cap. 14. nu. 15. & 16.* & ſequitur Molin. *vbi ſupra columna 572. verſi. ſi venditor.* † Quod ſi venditor conuen- 7 tus ab emptore remedio *dictæ l.* 2. velit potius

rem ſuam accipere, reſtituto toto pretio, quam ea demiſſa, exceſſum iuſti pretij reſtituere (ſi Laſſart. credimus) computanda, & ſoluenda erit gabella, iuxta totum pretium conuentum, ſine deductione iniqui exceſſus, quia vere pro illo integro pretio venditio fuit celebrata, quo circa de toto illo ſouenda eſt gabella, iuxta dict. l. 1. Iuſtitia enim, vel iniuſtitia pretii non ſpectat ad gabellarium, ſed tantum pretium conuentum inſpiciendum eſt, licet ſit exceſſiuum, & etiam ſupplementum ipſius, quando conuentum eſt remiſſius, *vt modo probauimus*: Idemque eſſet probandum, ſi venditor vellet adhuc ſtare venditioni, & exceſſum iuſti pretij emptori læſo reſtituere: etenim adhuc gabellā totius pretij conuenti ſoluturus eſt, quia gabella iſta non ratione rei venditæ, aut pretij recepti, vel dati, ſiue iuſti, vel iniuſti debetur, ſed ratione contractus venditionis, iuxta quantitatem pretij conuenti, vt patet ex dict. *l.* 1. vel ſuppleti ex prædictis: Et licet aliquantulum lex illa in hoc dura videatur, ita tamen ſcripta eſt, atque ideo obſeruari debet, iuxta *l. proſpexit, ff. qui, & à quib.* ita in terminis tradit Laſſarte *dicto cap.* 14. *numer.* 17. & prius *in ſchol. numer.* 13. ſequitur Azeued. *in dict. l.* 1. *nu.* 156.

8 Idem † quoque iuris dicendum eſſe, inquit *Laſſar. vbi ſupra*: vbi venditor ille, cum mallet, adhuc venditioni ſtare, non totum pretium, r d ita ſibi re vendita, reſtituiſſet, ſed illud tantum, quod vltra iuſtum rei valorem accepiſſet, quia tunc etiam in hoc caſu erit venditor decimam totius pretij conuenti ſoluturus ex prædictis: Molina tamen *vbi ſupra*, *columna* 572. paulo poſt princip. arbitratur, hoc eſſe falſum, neque adhærendum ita eſſe verbis, l. quando rem duram, diſſonamque à recta ratione diſponerent, ſi vt primo aſpectu ſonare videntur, intelligerentur, præſertim quando congruam habent interpretationem, prout contingit in propoſito, quia dict. *l.* 1. *tit.* 17. non exprimit nec dicit, eius deciſionem procedere, etiam ſi pretium publica iudicis ſententia pronuntiatum ſit iniuſtum: Nec veriſimiliter præſumendum eſt, Legiſlatores id intendiſſe, ſed ſolum de pretio, de quo non conſtaret, eſſe iniuſtum, quia alias videretur eſſe legem duram, & inquam: Quare dicendum eſſe proculdubio affirmat per ἐπιεικειαν, non eſſe intelligendam eam l. de pretio, quod ſententia iudicis pronuntiatum ſit iniuſtum, ac proinde de parte illa iniuſte accepta vltra pretium rigoroſum, reſtituendam eſſe gabellam acceptam; idemque probat, quando diſſoluitur contractus, reſtituente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam: dicens, quod ita audit ſeruari in practica in Luſitania: Quid tenendum;

Ergo in puncto iuris, & attenta veritate hanc ſecundam ſententiam Molinæ potius, veriorem probo, & tenendam eſſe cenſeo, conſtito de iuſtitia ſententiæ publicæ latæ à iudice ſuper iniuſtitia, & exceſſu pretij conuenti, qua locum habere remedium *dict. l.* 2. *C. de reſcindend. vendition.* declaratur, eaque in rem iudicatam tranſacta: alias ſecus, tametſi videatur Molina ſibi contrarius eſſe poſtea, *columna* 573. *verſicul. ſi vero ſaltem*, in prædict. vltimo caſu, quando diſſoluitur contractus, reſtituente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam.

9 Vltimo † doceo, ſuperiora procedere in terminis *l.* 2 *C. de reſcindend. vendition.* cæterum in caſu, *l. ſi ſponſus, §. circa, venditionem, ff. de donat. inter virum & vxor.* nempe vbi maritus vxori vendidit rem quindecim pro quinque, quo caſu duo habet remedia, primum ex *d. l.* 2. *C. de reſcindend. vendition.* aliud, vt reliquum valoris, tanquam donatum, reuocetur, ex prohibitione illius tituli, quod ſi fiat, decima pecuniæ ſic reſtitutæ non ſoluetur gabellario, illa ſiquidem tanquam male donata reuocatur, non vero tanquam rei pretium reſtituitur, vt recte perpendit Laſſart. *dict. capit.* 14. *numero* 18.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione, vel permutatione per in integrum reſtitutionem reſciſſa, & numeris ſequentibus.*

2 *Reſtitutus ad gratiam, non reſtituitur ad temporis prioritatem, nec præfertur ei, cui medio tempore gratia facta eſt, ſed intellige, vt in num.* 9.

3 *Priuatus collegio, vel ordine, deinde reſtitutus, non recuperat antiquitatem, vel priſtinum locum, ſed habetur tanquam de nouo receptus, intellige, vt in num.* 9.

4 *Priuatus gremio vniuerſitatis, & nominationibus, & deinde reſtituitur, poſtponitur omnibus medio tempore nominatis, ſed intellige iuxta dict. nu.* 9.

5 *Minor vendens, ſi lædatur habet reſtitutionem in integrum aduerſus contractum, non tamen aduerſus gabellam debitam ex ſua venditione valida, quia vſus fuit iure communi, & nu.* 6. *ſed contra nu.* 7. *cum ſeq.*

8 *Reſtitutio in integrum, quando extendatur ad iura quæſita tertio, & quando non?*

10 *Gabellam, ad hoc, vt reſtituat gabellarius, reſciſſo contractu per reſtitutionem in integrum requiritur, quod cauſa plene cognita, ſententia lata ſit ſuper reſtitutionis in integrum conceſſione, quamuis gabellarius auditus non fuerit, niſi de colluſione opponatur: & notorium, & ſententia æquiparantur in hoc caſu, vt in materia euictionis.*

11 *Minor reſtitutus ad ſupplementum iuſti pretij, ſibi faciendum, gabellam quoque ex eo ſoluet.*

12 *Gabella non debetur à minore ex venditione nulla ſuarum rerum, & ſoluta repeti poteſt, niſi venditio illa, vel permutatio iuramento minoris roborata ſit.*

13 *Gabellarius, lite pendente ſuper nullitate venditionis, vel permutationis minoris, non poteſt, ex his contractibus gabellam petere, donec lis finiatur.*

14 *Minor reſtitutus aduerſus venditionem. vel permutationem à ſe factam eo pacto, vt altera pars ſolueret gabellam, eam cum reliquo pretio el reſtituere tenetur.*

15 *Gabella debetur reſtituto minore aduerſus emtionem à ſe factam, reddita re emta venditori, & minori ſuo pretio, & cuius periculo gabella inde ſoluta cedatur; nu.* 16.

17 *Gabella debetur ex omnibus venditionibus intermediis, minore reſtituto contra vltimum poſſeſſorem, nec ad minorem læſum hoc damnum expectare videtur, vt in num.* 18.

QVÆST

QVÆSTIO XIII.

An ex venditione, vel permutatione per reſtitutionem in integrum reſciſſa debeatur gabella?

1 QVæro † vlterius, *quid ſi minor rem ſuam vendiderit, aut permutauerit valide quidem, nempe rem mobilem curatorem non habens, vel eum habens cum ipſius authoritate, vel rem immobilem cum ſolemni decreto, ſed propter læſionem reſtitutus eſt in integrum intra vigeſimum nonum ætatis ſuæ annum, an gabellam debeat ex ea venditione, vel permutatione, & ſolutam repetat à gabellario, necne?* Certum enim eſt, quod ex reſtitutione, vel ſecunda mutatione rei, nihil debetur gabellario, cum non ſit nouus contractus, ſed reſolutio primi: quod autem quærimus, eſt, *an ex prima venditione, aut permutatione debeatur, & ſoluta repeti iure poſſit, reſtitutione in integrum aduerſus illam iure petita, & conceſſa.*

In qua quæſtione videtur primo dicendum, gabellam deberi, & ſolutam repeti minime poſſe: quia venditio, vel alienatio mero iure tenuit, vt ſupponimus. Ergo gabella debetur, *vt in l.* 1. *titul.* 17. *lib.* 9. *nou. collectio. Regiæ*, vbi ſolum conſideratur contractus ipſe venditionis ad hoc, vt ex ipſo debeatur gabella, ſimiliter, & permutationis, *vt in l.* 2. *eodem titulo.*

Neque obſtat, quod reſtitutio in integrum conceſſa aduerſus contractum, decretum, & alienationem trahitur retro ad omnia in priſtinum ſtatum reponenda: quia licet hoc verum ſit, non tamen extenditur contra tertium, nec in ipſius præiudicium, cui medio tempore eſt ius quæſitum.

2 Vnde † reſtitutus ad gratiam, non reſtituitur ad temporis prioritatem, nec præfertur, ſed poſtponitur ei, cui medio tempore gratia facta eſt, *cap. quamuis, de reſcript. in* 6.

3 Sic † etiam priuatus collegio, vel ordine, deinde reſtitutus, non recuperat antiquitatem, vel priſtinum locum, ſed habetur tanquam de nouo receptus, *l.* 2. *& ibi* Bart. & Ioan. de Platea, *C. de his qui eximuntur dat. reſtitut. libro decimo*, textus etiam *in capit. ex inſinuatione in fine de ſimon.*

4 Et † qui priuatur gremio vniuerſitatis, & nominationibus, & deinde reſtituitur, poſtponitur omnibus medio tempore nominatis, vt decidit Petrus Rebuffus *in tract. nomin. quæſtione* 21. *num.* 21. & in materia feudali decidit Bald. *in cap.* 1 *in princip. colum.* 4. *verſic. pone Rex Francorum hic finitur lex de in dict. conſuetud. in vſib. feud. & ibi ſequitur* Aluarot. *numero* 20. *& Præpoſit. column. fin.* Carol. Molin. *in conſuetud.* Pariſienſ. *paragrapho* 22. *quæſt.* 6. *num.* 35. *Auiles in c.* 44. *Prat. gl.* 1. *n.* 3.

5 Secundo † eadem opinio corroboratur, quoniam etſi minor vendens reſtituatur aduerſus emptorem ex eo, quod vel in hoc læſus ſit, quod vendiderit, cum magis expediret ei, rem venditam rehabere: vel ex eo, quod minoris vendiderit, quam oporteret, iuxta *l.* 1. *& per totum C. ſi aduerſ. vendit. & l.* 5. *titu. fin. partit.* 6. & diſtinctionem gloſſæ *in l. ſi quidem, C. de præd. minor.* de cuius veritate agit Arias Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcindend. vendit. in* 3. *part. cap.* 1. *n.* 20. Attamen poſtquam vendidit decimam ſoluens, læſus non eſt, neque circumſcriptus in hoc dici poteſt, qui iure communi eſt, *l. non videtur quæ eſt l. fin. C. de in integrum reſtitutione min. & l.* 6. *in fin tit.* 19. *partita.* 6. tex. optimus, *in l. inter eos, §. cum inter ff. de fideiuſſ.* Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. tit. num.* 51. † Quod omnino 6
procedit, cum quid minor neceſſario facit, ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, vt ſi compromittat ex ſtatuto cogente conſanguineos, & affines compromittere: Cæterum, ſi non cogitur id facere: ſed quod facit, lege permittente facit, & tunc licet non præſumatur circumſcriptus per eadem iura: tamen ſi vere reperiatur circumſcriptus, reſtituitur, vt cum adit hæreditatem, quam diligentiſſimus quiſquam paterfamilias adiiſſet, vt, quæ omnibus apparebat eſſe locuples, & tamen debitis poſtea detectis reperitur pauperrima, vt ſæpè contingit, certe minor vſus fuit iure communi, & tamen reſtituitur, *l.* 4. *§.* 1. *ff. de fideicommiſ. libert. l.* 1. *&* 2. *C. ſi minor ab hæred. ſe abſti. l. ait Prætor. §. ſed etſi ff. de minor.* ſed minor valide vendens, aut permutans ſoluendo gabellam neceſſario hoc facit ex diſpoſitione *dict. l.* 1. *tit.* 17. *hoc lib.* 9. Ergo eam non repetit, nec reſtituitur ad eam repetendam per prædicta, & in terminis noſtræ quæſtionis principalis innixus ſola priori ratione hanc opinionem tenet Laſſar. *de decim. vendition. cap.* 14. *num.* 44. *ad fi.* quem ſequitur Molin. *de iuſtit. & iur.* 2. *parte diſputatione* 573. *colum.* 2117. loquitur tamen Laſſar. quando minor vendens ſoluit gabellam, vt patet, & ſicut non poſſit eam poſtea repetere; licet in venditione læſus fuerit, & contra eam reſtitutus: non vero, quando nondum ſoluerat gabellam, quaſi innuere videatur in hac vltima ſpecie ad gabellam non teneri, quandoquidem reſtitutus fuerit in integrum aduerſus venditionem, antequam gabellam ſoluerit: tametſi nuncupatim hoc non expreſſerit Laſſar. videtur tamen eſſe de mente ipſius. Sed poſtea ipſemet declarauit contrarium nouis addition. ſuper *dict. num.* 44. nempe, quod minor non habet reſtitutionem aduerſus gabellarium ad denegandam, vel repetendam gabellam, vt ex l. diſpoſitione vendendo ſe obligauit.

His nihilo ſecius non obſtātibus contrarium dicendum videtur: imo, quod reſtitutione in integrum conceſſa minori aduerſus venditionem, vel permutationem à ſe factam, eo quod fuerit in ea læſus, quia non oportuerit ei vendere, vel permutare rem ſuam, minime debeatur gabella, & ideo ab eo exigi non poſſit, & ſolutam ipſe recuperare queat, idque ex ſequentibus.

Primo, † quia licet præfata venditio, aut permu- 7
tatio iure valuerit, nihilominus per reſtitutionem in integrum reſcinditur, atque omnino annullatur, & retrotrahitur, prout ex tunc, ac ſi à principio celebrata non eſſet: reſtitutio enim omnia in priſtinum ſtatum redigit, quia tantum ipſa adfert, quantum abſtulit læſio, *l. quod ſi minor. §. reſtitutio, ff. de minor. cum ſimil.* etiam aduerſus tertiam perſonam. *l.* 1. *C. de reputat.* Ergo, & aduerſus gabellarium: alias enim non indemnis remaneret omnino minor læſus, nec ei profuiſſet reſtitutio, ſicut nocuit læſio, ſi gabellam principio à ſe ſolutam repetere non valeret.

Deinde † quia reſtitutio in integrum extenditur 8
etiam ad iura quæſita tertio, quando ſunt ei quæſita immediatè ex cauſa, quæ per reſtitutionem in integrum reſoluitur: & annullatur: ſecus ſi ſint ei quæſita ex alio contractu, vel cauſa extrinſeca:

hoc fuit dictum originale Iacob. de Belloviſ. *in d. capit. 1. hic finitur lex*, quod referunt, & ſequuntur, plures Doctores congeſti per Carol. Molin *d. §. 22. ſub dict. numero 35. cum ſequentibus*, idem late probat, & bene declarat: Ergo cum gabellarij ius non prætendat, niſi immediate ex cauſa reſoluta, & annullata per reſtitutionem in integrum, quæ ex iuſta cauſa, & debita, & non ex gratia conceditur, & cum reſtitutus certet de damno euitando, fiſcus autem agat de lucro captando, abſque dubio reſtitutio præfata extendenda videtur, etiam contra Fiſcum, & gabellam ab eo receptam. Neque obſtat, quod gabellarius, qui hanc gabellam recepit à minore, certet etiam de damno euitando, quia pretio conduxit à Fiſco hoc ius exigendi, & recipiendi gabellas: quoniam prima cauſa originalis Fiſci locantis conſideranda eſt, cuius lucro cedunt gabellæ, non vero conductoris accidentalis, cuius conductio lucrandi cauſa à Fiſco facta alterare non debet iuris diſpoſitionem, nec tertio nocere: Et in terminis loquens in iuribus releuij debitis patrono feudi, ita probat, & tenet Carol Molin. *dict. §. 22. num. 35. cum ſequentibus*, & in noſtra ſpecie gabellæ Ioan. Yannez Parlador. *rerum quotidianar. cap. 3. §. 5. nu. 41. in prima impreſſione*, tametſi eum reprobet Laſſart. *vbi ſupra*, quem ſequitur etiam Gironda *de gabell. 5. par. §. vnic. nu. 22. & 23.* ſed poſtea idem Parlador. *in alia impreſſione anni 1595. dict. cap. 3. §. 5. nu. 16 cum ſeq.* ſe defendit ab impugnationibus Laſſarte, ciuſque fundamentis reſpondet, & iterum priorem ſuam opinionem probat, & confirmat, & tenendo hanc partem.

9 Non † obſtat modo primum fundamentum contrarium, quod habet, vt reſtitutio integrum, licet reponat omnia in priſtinum ſtatum, non tamen extenditur contra tertium, nec in ipſius præiudicium, cui medio tempore eſt ius quæſitum: ac proinde reſtitutum ad gratiam, non reſtitui ad temporis prioritatem: & priuatum collegio, & ordine, deinde reſtitutum, non recuperare priorem antiquitatem, vel priſtinum locum, ſed haberi tanquam de nouo receptum, &c.

Quia hæc procedunt, quando reſtitutio fit ex gratia, & per nouam prouiſionem, non vero in reſtitutione facta, ex iuſtitia, annullando præcedentem priuationem, ita quod non eſſet opus noua prouiſione, collatione, nominatione, vel receptione, tunc namque, etiam priorem antiquitatem, & locum recuperabit talis reſtitutus: Vbi autem ex gratia, & per viam nouæ collationis, vel prouiſionis, quis reuertitur, tunc eſt introductum, quod priſtinum locum non recuperet, quia priuatio præcedens non reducitur ad non cauſam, ſed magis confirmatur, & approbatur, vt in caſu, quo Petrus Rebuffus reſpondit quibuſdam canonicis Bituricenſib. & ita ſunt intelligenda adducta pro contraria parte, ſecundum Carol. Molin. *vbi ſupra, nu. 39.*

Cum igitur (& nunc ad propoſitum) reſtitutio in noſtra quæſtione concedatur minori aduerſus venditionem, vel permutationem à ſe factam, quia magis ei expediret, non vendidiſſe, vel permutaſſe de rigore iuſtitiæ, ex iuſta cauſa, per quam primus contractus ab initio reſcinditur, & annullatur, & ad non cauſam reducatur, merito videtur, vt hoc extendatur etiam contra tertium, non vero reſtitutio, quæ fit ex mera gratia, vt aliàs decidit Nellus de Santo Geminian. *in tract. bannit. in prima parte tertij temporis, quæſtion. 11. in fin.* Raphael. Cuman. & Iaſ. *in l. Gallus, in §. & quid ſi tantum, lectur. 2. colum. 14. ff. de lib. & poſtu. per l. quod ſi minor. §. Scæuola, & §. reſtitutio, ff. de minor. quos refert, & ſequitur* Carol. Molin. *dict. §. 22. num. 39.* vbi hoc ampliat tribus modis.

Non obſtat etiam ſecundum fundamentum partis aduerſæ, quoniam ſicut minor in vendendo fuit læſus, ita etiam & in ſoluendo gabellam illius venditionis, & permutationis in conſequentiam contractus principalis, & ex eo læſus videtur, cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, contra quam quoque læſionem reſtitutionem in integrum petere poteſt, videtur argumento *l. ſi ex cauſa § ſi in commiſſum, ff. de minorib.* vbi cauetur, quod minor reſtituitur aduerſus commiſſum vectigalis à ſe incurſum per legem, ſi dolus ipſius non interceſſerit.

Quod autem minor, qui læſus fuit iure communi, in contrahendo non reſtituatur, procedit in eo, qui contraxit, aliquemue actum fecit, quem præciſe iure communi facere tenebatur, & ad id cogi poterat, verbi gratia, in exemplo ſupra relato à Tiraquel. & ſimilibus, nempe, compromittendi ex vi ſtatuti, à quo nullo modo eximi poterat: At vero licet ſimpliciter, & abſolute minor valide vendens, aut permutans rem ſuam, teneatur præciſe ſoluere gabellam: hoc tamen intelligitur, & procedit læſione non concurrente: Verum ſi in principali contractu fuerit vere læſus minor, ita vt iure competat ei reſtitutio in integrum, quia non oportuerit ei vendere, vel permutare, & in eo fuerit grauiter læſus, inde ſequitur, vt ad gabellam quoque reſtituendus ſit eadem ratione, & in neceſſariam conſequentiam læſionis principalis contractus: ſiquidem ſi non vendidiſſet, aut permutaſſet, gabellam ſoluere non teneretur, nec eam ſoluiſſet, neque aliquo iure communi ad eam ſoluendam compelleretur: Ergo reſciſſo principali, acceſſorium quoque ex principali neceſſario conſequutum reſcindi debet per eandem in integrum reſtitutionem poſtulatam: Reſtitutio namque huiuſmodi omnia reponit in priſtinum ſtatum etiam in præiudicium tertij, qui ius immediate habet ex cauſa, quæ per in integrum reſtitutionem reſoluitur, *ſupra probauimus.*

Hæc quamuis ita recte conſtituta videbantur, nihilominus ea conturbat nouiſſime idem Laſſart. qui in præd. ſuis nouis additionibus, iterum ſuam opinionen primam aduerſus Parladorium in ſecunda ſua noua editione priorum commentariorum defendit, reſpondens fundamentis nouioribus, quibus eum increpauerat Parladorius in ſequentem modum, quod in ſpecie dict. *l. fin. incip. non videtur, C. de in integrum reſtit. min.* Ideo minor reſtitutionem petiit, quia vere re ipſa læſus eſſet, quia aliter ratione, tantum minoris ætatis fruſtra peteret, quod illi erat perpetuo denegatum, ex regula text. *in l. non omnia, ff. de minor. & l. 2. tit. 18. part. 6. cum aliis*: & quia proinde deciſio illius l. non foret dubitabilis, ſed ideo in d. l. fi. minori, quantumuis læſo reſtitutio non conceditur, quia in eo, quod fecit, iure communi vſus eſt, hoc eſt, quia id non tam ex ſua voluntate, & arbitrio, aduerſarij ve dolo, quam ex legis neceſſitate proceſſit, vt contingit quoque *in l. inter eos, §. cum inter. ff. de fideiuſſ.* propter quod apparuit, eum minorem non ſui facilitate, vel dolo aduerſarii deceptum, vel læſum eſſe, quorum alterum cum minori ætate neceſſarium eſt ad reſtitutionem in integrum impetrandam. nec ſufficit læſio reipſa contingens, vt in exemplo de

de ſtatuto compellente cōſanguineos compromittere ſuas lites comprehendit namque minores ætate, & quamuis in eo lædantur, non reſtituuntur, ex *dict. l. fin.* Sic igitur in propoſito, inquit ille, licet minor læſus fuerit in venditione, & aduerſus eam læſionem ſibi iure reſtitutio competat, non tamen ei competit aduerſus gabellarium ad denegandam, vel repetendam gabellam, cui ex legis diſpoſitione vendendo ſe obligauit, quia quamuis vendendo deceptus fuit: poſtquam tamen vendi in gabellæ debito deceptus non eſt, ſiquidem lege præcipiente id fecit, quæ minores quoque obligat, vt ibi probat reſoluens: ideo minorem vendentem, non magis venditio reſciſſa per reſtitutionem à gabellæ ſolutione excuſari, quam quilibet alius ætate maior non excuſatur, qui venditionem ſemel, & valide à ſe contractam ex legitimis cauſſis reſciderit.

Quid tenendum? ego profecto quæſtionem hanc arduam, & difficilem valde eſſe cenſeo, & in qua non immerito variæ noſtrorum ſententiæ reperiuntur. Cæterum probabiliorem, & veriorem æquioremque eſſe cenſeo, & tenendam ſecundam principalem ſupra fundatam, cum Carol. Molineo, & Parladorio, quia huius ſententiæ fundamenta validiora mihi eſſe videntur, maiorisque ponderis. Ex quibus profecto ſatis fieri puto fundamentis, & replicis contrariis Laſſarte, & quia contra fiſcum in dubiis quæſtionibus iudicari poteſt, vt *in l. non puto. 10. ff. de iur. fiſc.* eo magis quod gabella ſit res odioſa, iuxta communem Doctorum ſententiam, atque ideo ſi de gabella dubitetur, *an*, ſcilicet, *debeatur, necne*; ſtricta eſt facienda interpretatio, cum oneroſa ſit ex parte ſoluentis, & inſpiciendum eſt quod tollit, aut minuit gabella, vt late, & recte reſoluit idem Laſſart. *in præfatione de decim. vendit. num. 31 per totum*, & diximus *ſupra quæſtion. 6. num.* 10. At, quod in maioribus ætate reſcindentibus, ex legitimis cauſſis venditionem ſemel, & valide à ſe contractam, aliud ſtatutum ſit, atque reſolutum diuerſis rationibus, recte procedit, vt ſingulis quibuſque quæſtionibus de iis viſum eſt, & dicetur in inferioribus.

10 Ad hoc autem, vt ſuperior noſtra ſententia cum Parladorio procedat, neceſſarium eſt, vt ſententia ſuper reſtitutione in integrum in fauorem minoris lata ſit in contradictorio iudicio, & ſic cauſſa plene cognita pronunciata: tunc namque ius faciet contra gabellarium & fiſcum, quia cum legitimo contradictore lata eſt, nec erit admittendus gabellarius, etiam ſi citatus in lite non fuiſſet, ſi vellet à ſententia appellare, aut alia quacunque via contra eam agere, vel excipere, niſi colluſionem contrahentium in facto, quod opponat, & probare offerat, alias tenebitur iuxta latam ſententiam ſuper prædict. reſtitutione, receptam decimam reſtituere iuxta tradita in ſimili per Laſſatr. *dict. cap. 14. num. 63.* vbi ſecus eſſe recte probat, quoties ſententia eſt arbitraria vel contumacia, alicuius contrahentis lata, hæc namque non facit ius contra gabellarium: notorium tamen in hoc, & ſententia æquiparantur, vt in materia euictionis ſtatutum eſt *in l. emptorem ff. de act. empti.*

11 Limitat tamen præcedens ſententia Carol. Molin. & Parlad. quam probauimus, quando minor in præmiſſa ſpecie reſtitutus fuit aduerſus læſionem pretij, ita quod reus, firmo manente contractu venditionis, vel permutationis, condemnatus fuit ad iuſti pretij ſupplementum: tunc enim minor tenebitur ad ſolutionem gabellæ, non tantum reſpectu pretij conuenti, ſed etiam ſupplementi ipſius, ſicut maior, cū ex remedio *l. 2. C. de reſcindend. vendi.* ſibi ſupra ſuppletur iuſtum pretium, iuxta ſupra reſoluta quæſtione proxime præcedenti.

Quod ſi venditio, aut permutatio minoris nulla 12
ſit ipſo iure, vtpote ſi rem immobilem vendiderit, vel cum alia permutauerit, ſolemniis non obſeruatis, vel ſe curatorem habens, abſque eius authoritate, & licentia contraxerit, procul dubio, & abſque vlla quæſtione non debebitur gabella, & ſoluta repeti poterit, quia ex venditione, aut permutatione nulla non debetur gabella, cum de validis tantum contractibus ipſa debeatur, vt non ſemel in aliis prædiximus: prætérquam ſi præd. venditio, vel permutatio, alias in ſe nulla, iuramento adulti ſit roborata iuxta text. in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. tunc namque gabella indubie debebitur, vt reſoluit Laſſ. *dict. cap. 14. num. 46.*

Lite tamen pendente ſuper nullitate venditio- 13
nis, vel permutationis inter ipſos contrahentes, non poterit interim gabellarius, donec lis finiatur, gabellam ex his contractibus petere, quia non conſtat adhuc deberi, vt probat Cald. *in repet. l. ſi curatorem habens. C. de in integrum reſtit. verbo. infra legitimum tempus num.* 14. & voluit Parlador. *lib. 1. rerum quotidianarum, capit. 3. §. 7. num. 18. in nouis*, & cum eis in terminis Laſſart. *dict. capit. 14. num. 63.*

Si autem minor vendiderit, aut permutauerit 14
eo pacto, vt emptor gabellam ſolueret, & poſtquam ipſe eam ſoluerit, minor ipſe reſtituatur in integrum aduerſus eam venditionem, vel permutationem; hanc cum reliquo rei precio reſtituet minor, eiuſque damno illa gabella imputabitur, cum reſtitutio ponat omnia in priſtinum ſtatum, non tantum reſpectu minoris, cui conceditur, ſed etiam eius aduerſarij iuxta damnum, & ius aduerſarij, iuxta *l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor.* melior text. *in l. vnic. C. de reputat.* vt in propriis terminis ex his reſoluit Laſſart. *dict. ca. 14. num. 48. cum ſequentibus*, vbi late, & bene agit de intellectu, *l. qui res ſuas. §. huic applicatur, ff. de ſolut* qui videbatur contrarius, eandem opinionem ſequitur Mol. *in 2. part. de iuſti. & iur. diſp. 573. col. 2118. in princ.*

Si vero minor emendo fuerit læſus, & in inte- 15
grum reſtitutus, reddita re venditori, pretium ſuum conſequatur, adhuc decima à venditore debetur, nec ſoluta condici poteſt: quia reſciſſa quidem per iudicem vi reſtitutionis, non ipſo iure reſoluta venditio eſt, ſecundum Laſſart. *dict. capit. 14. num. 53* prout contingit in ſimili venditione per redhibitoriam, vel remedio læſionis vltra dimidiam reſciſſa, vt ſupra ſuis propriis locis reſoluimus.

Verum quamuis hæc opinio principalis de mino- 16
re emente læſo, & in integrum reſtituto, & reddita re vendita, pretium ſuum conſequente verum ſit: gabella tamen in eadem ſpecie ſoluta per venditorem, videtur quod damno ipſius minoris cedet, eamque venditor ſoluet, ſicut in præcedenti caſu, ſi quidem reſtitutio omnia ponat in priſtinum ſtatum, etiam reſpectu ſui aduerſarij vt prædiximus: contrarium tamen affirmamus propter culpam venditoris, qui minorem circumuenit.

Imo ſi dum è conuerſo minor in vendendo cir- 17
cumſcribitur, contingat, illum emptorem alii vendere, ſic, vt per plures perſonas illius rei emptio ambulauerit, & per mille manus tranſierit, ac propterea minor reſtitutus contra vltimum poſſeſſorem, venditiones omnes reſcindat, remque

ipſam conſequatur, iuxta notata *in l. in cauſa. §. fin. ff. de minor.* & per Pinel. *in l. 2. in 2. par. cap. 1. num. 33. & 34. C. de reſcindend. vendition.* tot decimæ debebuntur, quot illius rei venditiones interceſſerint, vt recte probat Laſſar. vbi *ſupra num. 54.* addens, quod tunc, quilibet emptor, qui alij vendidit præter primum ad authorem ſuum reuertetur, vt *in l. ſed vbi reſtitutio ff. de minor.* gradatimque fiet, vt damnum totius gabellarum ſummæ ad priorem emptorem, qui minorem circumuenit, conuertatur, totumque ipſe luat: & Laſſarte ſequitur Molin. vbi *ſupra col. 218.*

18 Nec ad minorem læſum hoc expectare videtur, licet reſtitutio eidem conceſſa alias, vt prædiximus, conſeruet aduerſarium ſuum illæſum, atque indemnem, quia id verum eſt, atque recte procedit reſpectu illius damni, quod ex pacto contractus, vel ab ipſo contractu immediatè obuenit, lædenti, vt puta onus ſolutionis gabellæ ex pacto incontinenti emptori appoſiti, vt in præmiſſo caſu ad damnum, quod emptor ipſe poſtea ſua voluntate vendens alij, & hic alius alij, ſibi intulit, ſibi imputet, non enim videtur, quod minor primus venditor ad hoc teneatur ratione reſtitutionis in integrum à ſe poſtulatæ, & impetratæ, ac ſibi conceſſæ.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione, vel permutatione reſciſſa doli mali, metuſve cauſa, vel à minore ætate celebrata? &* num. 2. *pars affirmatiua eligitur.*

2 *Venditio facta à venditore coacto, tenet, quia voluntas coacta voluntas eſt.*

Venditio per metum facta ipſo iure valet, eod. num. 2.

Gabellæ onus reſpicit eum, qui dolum metumne fecit, eodem num. 2.

3 *Venditio nulliter facta per minorem, adueniente maiori ætate per lapſum quinquennij confirmatur: tuncque gabellario illius temporis debebitur gabella, non vero gabellario temporis contractus, quia tunc nulla fuit venditio.*

4 *Gabella non debetur ex venditione pupilli facta ſine tutoris authoritate, donec ex nouo conſenſu pupillus efficaciter obligetur, & tunc gabellario huius temporis gabella debebitur, idem probatur in illo, qui pupillo vendidit ementi abſque tutoris authoritate, vt in caſu hoc* eodem num. *poſito.*

QVÆSTIO XIV.

An ex venditione, vel permutatione reſciſſa doli mali, metúſue cauſa; vel à minore ætate celebrata, debeatur gabella?

1 NVllam gabellam deberi in præmiſſa ſpecie conſtat ex Montalu. *in l. 3. gl. fin. in fin. tit. 10. lib. 3. for.* & Carol. Molin. *in conſuet.* Parieſienſ. *tit. 1. §. 22. num. 40. ibi, ſeu ad omnem modum reſciſſionis puta ex cauſa metus*: quorum in hoc opinio ea conſideratione coadiuuari poteſt: quod Prætor non habet ratum contractum huiuſmodi violentum ad hoc, vt alienatio metu facta habeat vllum iuris effectum, quamuis de facto teneat, atque ideo vim, aut metum patienti concedit actionem vtilem in rem vltra perſonalem, Bartol. *in l. metum. §. volenti. & in l. ſi mulier. §. quod metus ff. de eo quod metus cauſa.* Petenti igitur in hac ſpecie gabellam, poterit opponi de nullitate contractus eius, quod in iure conſiſtit, qua nullitate ſtante, nulla erit obligatio gabellæ, quia in iure conſiſtit, & cum principalis cauſa non ſubſiſtit, nec quod inde ſequitur, aliquid valet, vt *in l. non dubium ff. de legib. reg. cum principalis, de reg. iur. in 6. cum ſimilib.*

Nihilominus tamen contrarium probo, imo, 2 quod in præd. ſpecie gabella debeatur, & ſit ſoluenda, quia licet venditor coactus vendiderit, venditio tamen tenuit, quia voluntas coacta, voluntas eſt, vt *in l. ſi mulier. §. ſi metu ff. quod met. cauſ. c. merito 15. quæſt. 1. l. fin. tit. 11. part. 3.* Greg. Lopez *in l. 28. tit. 11. par. 5. in gloſ. iurando,* explicat optimè de Couarruu. *de ſponſal. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 12.* & nominatim, quod venditio per metum facta ipſo iure valeat, tenet gloſ. *verb. irrita eſt in l. 1. C. de reſcind. vendit.* & Greg. Lopez *in l. 56. tit. 5. par. 5 in gloſ. 1. incip. desfecho*: Ergo ſi venditio tenet, gabella debetur, quæ tantum reſpicit contractum, vt ſæpe in hac materia diximus, & in ſpecie noſtra ita tenet Parlador. *rerum quotidianar. lib. 1. cap. 3. §. 5. num. 41.* addens, hoc onus gabellæ reſpicere eum, qui metum, dolumue fecit: etenim hæ actiones totum factum in priſtinum ſtatum reſtituunt, *l. illud verum eſt, ff. quod metus cauſa l. arbitrio. ff. de dol.* ſequitur vtramque Laſſar. *dict. cap. 14. num. 55.* & Girond. *de gabell. 5. part. §. vnic. num. 23. & 24.* & Molin. *de iuſtitia, & iur. 2. tomo, diſputatione 352. colum. 595. verſicul. petes*: vbi, quod gabellarius reſtituere non tenetur de gabella debita ratione primi contractus, quia puniendus eſt venditor propter dolum in ſolutione integræ illius, iuxta *l. debet ff. de ædilit. edict.* & quod in Luſitania reſtituere tenetúr emptori vna cum parte pretij, quod plus accepit, partem gabellæ, quam quoad eam partem pretij emptor ſoluit.

Non obſtat authoritas Montalui contrarium tenentis in loco, de quo ſupra, quia infirmiori nititur fundamento, nempe, quod præfata venditio non teneat, vel non ſit perfecta: vtrumque enim iure non ſubſiſtit, quia valida eſt, & perfecta venditio illa, licet reſcindatur exceptione doli, metuſue.

Nec etiam nocet authoritas Caroli Molin. quia non loquitur in noſtra ſpecie gabellæ, ſed releuij patrono feudi ſoluendi propter mutationem vaſſalli, quæ mutatio non contingit, cum venditio reſcinditur, & ad priſtinum ſtatum reducitur: At gabella ex ſolo contractu venditionis valido debetur, eſto, quod poſtea voluntate partium aliaue cauſa iuſta reſcindatur, vt reſoluimus *in quæſt. præcedentibus.*

Ad conſiderationem ſupra in contrarium factam, reſpondemus quod Prætor habet ratum huiuſmodi contractum ad iuris effectum: ſiquidem voluntas coacta voluntas eſt, & ideo iure validus eſt, tametſi ope exceptionis reſcindatur, ex quo præſupponitur validitas ipſius, quia priuatio ſupponit habitum. *l. decem. §. ff. de verb. oblig. cum ſimil. c. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub.* Decius, *conſil. 278. num. 6. in princ.*

Quando vero venditio nulliter per minorem 3 contracta, abſque ſolemnitate legis, *lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut.* adueniente maiori ætate per lapſum quinquennij confirmatur, iuxta *l. fin. & quæ ibi notantur, C. ſi maior factus, &c.* tunc re vera à principio fuit nulla, ac proinde cum vt ex nunc per tacitam ratihabitionem venditio illa validetur, præſenti

præſenti gabellario debebitur decima, ex reſolutis per Bald. Pereir. *in l. ſi curatorem habens verb. infra legitimum tempus, num. 21. C. de integr. reſtit. min.* ex quibus ita tenet Laſſar. *d. cap. 14. num. 58.* & Azeued. vbi *ſupra.*

4 Si vero pupillus vendat ſine tutoris authoritate, cum tunc minime potuerit obligari: & ita ex ſua parte claudicet contractus. *l. Iulianus §. ſi quis à pupillo. ff. de action. emptio.* procul dubio non debebitur gabella, quia nulla venditio eſt, vt reſoluit D. Franciſcus Sarm. *de redditib. Eccleſiæ. 1. par. cap. 2. num. 17.* donec ex nouo conſenſu pupillus efficaciter obligetur ad venditionem, cuius temporis gabellario gabella debita, & ſoluenda erit, non vero primo, ſi diuerſi fuerint pro diuerſis temporibus gabellarij, ſeu domini. Idem probat Laſſar. vbi *ſupra, num. 59.* in illo, qui pupillo vendidit ementi, abſque ſui tutoris authoritate, cum eo caſu ex parte pupilli dicatur claudicare contractus quia ipſe non obligatur, alter vero in id obſtrictus manet, ex *d. §. ſi quis à pupillo, & in princip. inſtit. de author. tut.* in eum finem, vt ſi ex authoritate tutoris de nouo accedente, pupillus velit ſtare contractui, efficax efficiatur venditio, quaſi renouata, & modo perfecta fiat, etiam ſine nouo conſenſu alterius, vt *in l. ſi id, quod ff. de reſcind. vendit.* Interim igitur dum claudicat venditio, ipſa perfecta non eſt, nec abſoluta ab vtraque parte, ſed pendet à futuro euentu nouæ approbationis, & ſolemnis ratificationis: Ergo merito gabella ex ea non debetur, quouſque accedat nouus pupilli conſenſus cum authoritate tutoris, & tunc debebitur gabellario huius vltimi temporis, non vero primo exiſtenti tempore primæ celebrationis contractus.

SVMMARIA.

1 *Gabella an debeatur ex venditione rei alienæ? & numeris ſeqq. affirmatiua eligitur, declaratur,* num. 4. *vt procedat, quando venditio eſt valida, alias ſecus.*

3 *Res aliena vendi poteſt, quamuis res emptori auferri poſſit.*

5 *Gabella an debeatur ex re maioratus, vel ſubiecta reſtitutioni, vendita ſine licentia, & facultate Regia?*

6 *Gabella non debetur ex venditione rei dotalis contra prohibitionem, l. Iuliæ de fundo dotali facta, ſtante nullitate contractus: ſecus ſi à marito, vel alio extraneo vendatur fundus dotalis, vt proprius, quia valet venditio rei alienæ, vt* in num. 7.

8 *Gabella rei immobilis minoris venditæ abſque decreto iudicis ab ipſo minore non debetur, quia nulla eſt venditio: ſecus ſi ipſa fiat à tutore, curatore, vel alio extraneo, eadem diſtinctio ſeruatur in venditione facta rei prohibitæ alienari per contractum ex pacto ad hoc expreſſo, iuncta hypotheca ſpeciali eiuſdem rei, vt* in n. 9.

10 *Gabella exigi non poteſt ab eo, qui rem aliquam nomine alieno vendidit, ſed à vero domino rei venditæ, vel ab ipſa re vendita.*

11 *Gabella an debeatur ex re abſentis ab amico vendita eius nomine, credente eum ratam habiturum venditionem, qui poſtea eam ratam habuit tempore, quo iam erat effectus immunis à ſolutione gabellæ, & cui gabellario debeatur? &* num. ſeq. *præcipue* num. 15. & 16. *& quid ſi tempore venditionis erat immunis, tempore vero ratificationis non vide*, num. 18.

12 *Venditio nomine alterius facta ſine eius mandato, non prius cenſetur perfecta, quam ratificatio accedat.*

Cum duo ad perfectionem actus requiruntur, ex vltimo dicitur perfici, ac conſummari, ibid.

13 *Gabella debetur ſtatim, quod dominus ratam habet venditionem ſuo nomine, abſque eius mandato factam, vtroque tempore legi gabellariæ ſubiectus, & debetur gabellario exiſtenti tempore ratificationis, vt* in n. 16.

14 *Quinque dies à* l. 31. tit. 19. lib. 9. nouæ coll. Reg. *aſſignati ad ſolutionem gabellæ, cum putandi ſunt à die ratificationis à dominio factæ venditionis rei ſuæ, abſque eius mandato.*

16 *Ratificatio venditionis facit, quod venditio cenſeatur facta à vero domino ratificante, non ab ipſo venditore.*

17 *Ratificatio venditionis nomine domini non factæ, non retrotrahitur, ſed ſolum operatur, vt ex nunc in præiudicium approbantis.*

19 *Gabella rei abſentis venditæ ab eius amico, & ab eo poſtea approbata, cui gabellario debeatur?*

QVÆSTIO XV.

An ex venditione rei alienæ debeatur gabella?

GAbellam non deberi ex venditione rei alienæ 1 ex eo coniicere licebit, quod *l. 1. titul. 17. hoc lib. 9.* inquit: *Mandamos que los vendedores paguen el alcauala, y de ellos ſe cobre en eſta manera, que paguen por razon della de cada diez marauedis vno, de todo el precio porque vendieren*: Non igitur debet lex hæc ita literaliter, & nude intelligi, vt de quacunque venditione à quolibet facta, debeat ſolui gabella, ſed de facta à domino; vel ab eo ratificata. Vnde non videtur ſufficere, quod ſit valida quantum ad effectum perſonalis actionis exempto ad intereſſe contra venditorem, & in eius præiudicium duntaxat, quo reſpectu valet venditio rei alienæ, vt *in l. rem alienam ff. de contrahen. empt.* ſed intelligi debet de valida & efficaci reſpectu rei venditæ: Vnde ſi venditor non aſſeruit, ſe dominum, ſed habere iura, vel actiones ad rem, quantumcunque dixerit, ſe ipſam rem vendere, debet interpretari ſecundum ſubiectam materiam, hoc eſt, iura, & actiones ad rem, *argum. l. inſulam ff. de præſcrip. verb.* Quod ſi venditor aſſeruit, ſe dominum, vel alias ſimpliciter vendidit rem, quo caſu tacite ſuam eſſe aſſeruit, licet habeat fundatam actionem gabellarius ex ſola forma contractus: detecto tamen, venditorem non fuiſſe dominum, non poterit gabellarius petere hoc ius gabellæ, imo acceptum deberet reſtitui: idemque eſſe videtur, ſi vendens nihil aſſerat, ſed vendat quicquid iuris habeat in re, & in terminis feudi alieni venditi, vt ex ea venditione non debeantur patrono feudi iura quinti, ita tenet, & probat Carol. Molin. *in conſuet.* Pariſ. *tit. 1. §. 23. num. 36. & 37.*

Nihilominus in terminis noſtræ *l. 1. tit. 17. hoc* 2 *lib. 9.* nempe ſolutionis gabellæ contrarium proculdubio reſoluo tenendum in praxi, ſcilicet, ex venditione rei alienæ deberi gabellam hoc vnico fundamento. Certum † namque eſt, valere venditio- 3 nem rei alienæ, *l. rem alienam. ff. de contrah. empt.* vbi inquit tex. rem alienam diſtrahere quem poſſe, nulla dubitatio eſt: nam emptio, & venditio eſt, ſed res emptori auferri poteſt, *l. 19. & 54. tit. 5. par. 5. l. ſi quis alienum ff. de actu empt.* Alex. *conſil. 69. in princip.*

*princip.volum.*4. Matth.*de Afflict. deciſ. Neapol.* 40.*num.*3.& iterum *deciſ.*369.*n.*2.*cum ſeqq.*Anton. Gomez.1.*tom.c.*2.*de emptio.& vendit.n.*8.Roland.à Valle *conſil.*60. *n.* 56.*cum ſeq. volum.*4. & optimè Medin.*in ſuo C.de reſ.tit.q.*32. *per totam:*Ergo debetur gabella ex venditione rei alienæ:Nec enim requiritur ad debitum gabellæ, quod venditio fiat rei propriæ,ſed tantum,quod venditio teneat,& ſit valida: quia *d.l.*1.*tit.*17.*hoc lib.*9. vt vidimus tantum loquitur de venditoribus ſimpliciter, & indiſtinctè, ſed venditor rei alienæ eſt verus venditor, quia tenetur ad intereſſe, ſi ab emptore res euincatur.Ergo tenetur ſoluere gabellam, quia lex generaliter loquens generaliter, & indiſtinctè eſt intelligenda,iuxta iura vulgaria:& in terminis noſtræ l. Regiæ, ita indubie tenet, ſic eam interpretans Laſſa.*de deci.vendi.in ſcholio,ad d.l.*1.*ſub n.*14.& 15.& iterum,*c.*10.*ſub n.*37.& *c.*14.*n.*23.& *ca.* 15. *n.*6.*in fin.*& Girond *de gabell.*5.*p. in princip. num.* 28.vbi quod dominus non tenetur ſoluere gabellam de huiuſmodi venditione, *ſequitur* Azeued. *in l.*8.*n.*1.*tit.*17.*hoc lib.* 9.

Non obſtat authoritas [redacted] adducta in contrarium, quia ipſe loquitur in ſua conſuetudine, quam interpretatur circa iura debita patronis ex venditione rei feudalis, quæ effectum rei inſpicit, ita vt dominium fundi feudalis venditi manum, & vaſallum mutet, vt ex ea mutatione per venditorem facta, quintum venditionis patronus habeat,quod ipſe ibidem,& paſſim explicat,nempe,& in *d.tit.*1.§.22.*n.*40.*ad fin.& tit.*2.§.55.*n.*15. & 37.At nos loquimur quo ad obligationem, & ſolutionem gabellæ,ſimplicem actum venditionis validæ poſcentem,& requirentem, ex *d.l.* 1. vt ſæpiſſimè docuimus.

4 Verum hanc noſtram ſententiam principalem, quæ habet,venditorem rei alienæ teneri ad gabellæ ſolutionem, interpretandam eſſe cenſeo iuxta valorem, vel inualiditatem ipſius venditionis rei alienæ,ita,vt quibus caſibus non valet venditio rei alienæ,in eiſdem gabella non debeatur,ſed tantum vbi præfata venditio valida fuerit. Ita deducitur ex *l.ſi emptione,*§.*item ſi.& emptor.ff.de contrahen. empt.* vbi habetur, quod ſi emptor & venditor ſciens, furtiuum eſſe quod venit, à neutra parte obligatio contrahitur: ſi emptor ſolus ſcit, non obligabitur venditor:non enim ex vendito quicquam conſequitur,niſi vltro, quod venerit præſtetur.Quod ſi venditor ſciuit, emptor ignorauerit, vtrinque obligatio contrahitur, addit *gloſ. ibi verb. furtiuum in fine,*quam ſequitur Afflict.*dicta deciſione* 369.*num.*2.quod ſi vterque ſciat rem alienam eſſe,non furtiuam,valet venditio iuxta *dicta l.rem alienam:*De conſimili diſtinctione venditionis domus exuſtæ venditæ,ignoranter,vel ſcienter agit, *l.domum* 57.*ff. de contrahen. emption.* cui conuenit *l.*14.*titul.*5.*par.* 5.Vnde in caſu eorundem iurium idem reſoluendum erit,quoad debitum & ſolutionem gabellæ: nempe,vt in quibus caſibus venditio valet,& tenet, domus exuſtæ venditæ debeatur, & ſoluenda ſit gabella: ſecus in quibus non valet.

5 Hinc ſcire licebit, quid dicendum ſit in *re maioratus,vel ſubiecta reſtitutioni, vendita ſine licentia,& facultate Regis à iure requiſita,vel in caſibus à iure permiſſis abſque Regia facultate, an debeatur gabella,necne?* Et quidem in hoc vltimo caſu plana res eſt,nempe, deberi gabellam, quando in caſibus à iure permiſſis res alienatur: in priori autem ſpecie, nempe, quando venditio, vel permutatio rei maioratus, vel ſubiectæ reſtitutioni extra caſus à iure permiſſos ſit abſque Regia facultate, tres caſus reſolutiue diſtinguendi ſunt.

Primus,& is caſus clarus eſt,quando illa res,quæ venditur, non eſt expreſſe prohibita alienari per inſtitutorem maioratus,ſed duntaxat eſt reſtitutioni, & fideicommiſſo ſubiecta in fauorem proximioris conſanguinei iuxta inſtitutoris vocationes, & tunc cum alienatio pro vita venditoris,poſſeſſoriſque maioratus valeat & teneat, iuxta communem reſolutionem, quam ſupra adduximus alia quæſtione,gabella debebitur ex ea venditione, & doctrinam Bar.communem *in l.fin.*§.*ſin autem, C. communia,de legat.* vt ibidem quoque reſoluimus.

Secundus caſus eſt,quando res illa maioratus vltra fideicommiſſum, & prohibitionem legis expreſſe per maioratus inſtitutorem alienari eſt prohibita iuxta *l.filiusfamil.*§.*Diui.ff.de legat.* 1. *cum materia & l.cum pater,*§.*libertis, ff. de legat.* 2. & nihilominus venditur, vel permutatur cum alia à poſſeſſore maioratus abſque Regia facultate, & tunc cum venditio non teneat, quia poteſt ſtatim vendicari à ſequenti in gradu, non exſpectato die fideicommiſſi, iuxta communem reſolutionem, de qua ſupra,nulla debebitur ex ea venditione gabella, quæ non debetur ex venditione nulla, vt omnes fatentur, eſtque veriſſimum.

Tertius caſus eſt,quando alius tertius, & extraneus vendiderit rem ſubiectam reſtitutioni, & expreſſe per teſtatorem alienari prohibitam: & tunc cum valeat venditio rei alienæ,vt *ſupra* docuimus, debebitur quidem gabella ex ea venditione, aut permutatione,tum ex ibi dictis, tum etiam ex doctrina,& diſtinctione Bar. communiter approbata in *l.cum lex n.*2.*ff.de fideiuſſ.*docentis.

Quod ſi mulier vendiderit fundum dotalem 6 contra prohibitionem legis Iuliæ abſque iuramento,nulla eſt venditio, quia ipſa eſt prohibita alienare, & ſi ad contractum teneretur ex perſonali actione, ad alienationem quoque rei obligaretur contra ipſius,l.prohibitionem,cum ſit domina, ex notatis *in l.cum manuſata.ff.de contrahen. emptio.* Sed neutrum eſt: Ita ergo venditio nulla eſt, ac per conſequens gabella ex ea non debebitur.

Si vero maritus, vel quicunque alius extraneus 7 fundum dotalem vendiderit,venditio tenet, cuiuſque rei alienæ ex *d.l.rem alienam*, quia ſola fundi dotalis alienatio prohibita eſt lege Iulia, non vero venditio,aut quicunque alius contractus,qui ſuper re aliena contrahi poſſit, vt conſtat ex *l.* 4. *& toto tit.ff.de fund. dotal.*

Quam Bar.bimembrem diſtinctionem ſequuntur Abb.& DD.communiter *in c.cum contingat.n.*2.*de iur. iur.*Anton.Gom. *in l.*53.*Taur.n.* 61. & nos *de Iure.Confirm.*1.*par.ca.*1.*n.*94.& nos referens Laſſ. *de deci.vendi.d.c.*14.*n.* 33. vbi quod idem dicunt DD.de re immobili minoris, quia † ſi ab ipſo minore 8 vendatur ſine decreto nulla erit venditio, ac proinde ex ea gabella non debebitur:At ſi ab ipſo tutore,curatore,aut alio extraneo vendita ſit abſque decreto,& ſolennitate aliqua tenebit venditio, vt conſtat ex traditis per Doctores *in l. etſi is. C. de prad.min.*& *gloſ.in l.*4.*verb.Por razon,tit.*12.*par.* 5.& reſoluit Anton. Gomez vbi *ſupra num.*60. & gabellæ locus fiet per prædicta:Itaque in hoc noſtro tertio caſu, & in omnibus ſimilibus modo relatis,quibus reſoluimus valere venditionem à tertio factam rei alias expreſſe prohibitæ alienari, debebitur gabella.

Idem

9 Idem erit dicendum in ſpecie & caſu,*l.ſi creditor.*§.*fin.ff.de diſtract.pign.*de cuius materia, & intellectu latè egimus *in repet.l.nemo poteſt,num.*24. *cum ſeqq.ff. de legat.* 1. nempe quod cum pactum de non alienando rem, iunctum cum hypotheca ſpeciali prohibeat in contractibus alienationem, ab ipſo prohibito alienari facta, vt in hac ſpecie gabella non debeatur: ſecus ſi quicunque alius poſſeſſor illius rei eam vendiderit, quia valet venditio ſicut cuiuſque rei alienæ, ac ideo ex ea venditione gabella debebitur ſecundum Laſſar.*d.cap.* 14.*num.* 34.addentem ſic deberi intelligi, ac declarari,quæ de gabella, & laudemio tradit Auenda. *reſponſ.*1;*num.* 2. & 3.

10 Ab eo autem, qui nomine alieno vendidit aliquam rem,vt alienam,vel tanquam eius procurator gabella exigi non poteſt, ſed à vero domino rei venditæ,vel ab ipſa re vendita, quæ tranſit cum ſuo onere ſoluendi gabellam,*argumen. l.Imperatores ff.de public. & vectigal.* vt cum Laſſar. contra Girond.probat Azeuedo.*in hac l.*1.*num.*76.*cum ſequentib. tit.* 17. *lib.*9. *noua Collect.* Verum in hac re latius,& verius diſtinguit,& reſoluit Laſſar. *de decim.vendi.cap.*15.*num.*4.*cum ſequentib. vſque ad n.*9.*incluſiue,*cuius dicta probo, & dicemus latius *infra queſtio.* 49.

11 Dubium tamen elegans ſe offerat in propoſito huiuſmodi:Quidam credens amicum ſuum abſentem vendere velle rem aliquam,ea oblata occaſione nomine ipſius amici abſentis, ante negocium eius gerens,vendidit,aſtringens ſe, amicum ratum habiturum,qui tunc temporis legi gabellariæ erat ſubiectus: poſtea amicus abſens immunis iam factus à gabella, id ratum habuit, quæritur, *quando cenſeatur perfecta venditio,& an gabella ex ea debeatur,& cui gabellario,vel domino pendenda ſit,an exiſtenti tempore celebrationis contractus, an vero tempore ratificationis,& cuius loci?*

12 In hoc ſolemni dubio primo obſeruandum eſt, non prius venditionem præfatam cenſeri perfectam quam ratihabitio accedat: quia peſtum nomine alterius robur non tenet, niſi cum ratum habitum eſt, *cap.ſi tibi abſenti, de præb.in* 6. *cum notatis per* Tiraquell.*de retract.lignag.*§.1.*gloſ.*10. *num.*67.Ac proinde venditio præd. ante ratihabitionem domini non tenebit, cum mandatum abſentis, cuius nomine venditur, venditor non habuerit,*l.qui abſenti, ff.de acq. poſſ.* cum enim ad perfectionem actus duo requiruntur ex vltimo dicatur perfici,ac conſummari, *l. quoties, C. de rei vendic.*ita Alber. *in l.* 2. *in fin.princip.ff de procur. voluit gloſ.in* Clem.*vnic.verb.collato ad fin.lit.pendent.*Tiraquell.vbi *ſup.n* 68.Laſſar.*de deci.vendi.c.* 4.*n.*24.Molin.Theolog.*de iuſt.& iur.* 2. *tom. diſp.* 337.*colum.*510.*in verſic.dubium eſt.*

13 Ex quo primo infertur,quod gabella non debetur ex huiuſmodi venditione,donec ratihabitio ſequatur,ratificatione autem ſequuta à domino vtroque tempore legi gabellariæ ſubiecto, ſtatim ab eo debetur gabella gabellario illius temporis,nempe, quo ratificatio fit.

14 Secundo deducitur, quinque illos dies à *l.* 31. *tit.* 19. *lib.* 19. *noua Collectio. Reg.* aſſignatos ad ſolutionem gabellæ, computandos eſſe ex tempore ratihabitionis; per quam venditio incipit eſſe perfecta, & verificantur verba *præd. l.* 31. ibi: *Deſpues de lotor gamiento, y fecha de la venta:* & non ex tempore contractus alterius nominis facti,qui interim nullus eſt ita tenent Laſſ. *cap.* 3. *num.* 24. *in verſic. ex hac ergo reſolutione.*& Molin. vbi *ſupra, in verſi. hinc quo ad alcaualam*, & primam illationem tenet etiam Azeued.*in d.l.*1.*nu.* 130. *tit.* 17. *hoc lib.* 9.

Secundo principaliter obſeruandum in propoſito, quod quando iſte dominus rei, tempore 15 venditionis ipſius erat ſubiectus ſolutioni gabellæ, tempore vero ratihabitionis immunis ab ea, dicendum eſt, eum nihilominus teneri ad ſolutionem gabellæ,quia licet tempore ratihabitionis, immunis reperiatur, nihilominus tamen hoc attendendum, nec curandum videtur, ſed tempus venditionis, quo tributarius erat,ſi quidem ratificatio ſic præcedentia confirmat, vt ad priorem actum retrotrahatur in omne præiudicium eius, qui ratum habet, ac ſi à principio mandaſſet, *l. licet ff. de iud. & in l. fin. C.ad* Maced.*cum ſimil.* & illa efficit, quod venditio cenſeatur facta à vero domino ratificante, non ab ipſo venditore *l.ſi Pupilli* §. *item quæritur, ibi ſed † ratihabitio fecit tuum negocium. ff.de neg. geſt. l.* 32. *tit.* 12. 16 & ibi Greg.*in gl. Quier non p.* 5. & vtrumque reſoluit ex communi ſententia Tiraq. *vbi ſup. num.* 64.66. & 69.& cum eo Laſſ.*d.c.*3.*num.*24.*in verſic.& certe quo ad primum,*vbi ex ſupradictis hanc opinionem in terminis gabellæ, de quibus agimus, expreſſe tenet & probat, nempe præd. dominum teneri ad ſolutionem gabellæ gabellario, aut domino illius temporis, quo venditio præfata fuit celebrata, licet tempore ratihabitionis eſſet immunis à ſolutione gabellæ: ſecus eſſe dicit, & profitetur *n.*25 & 26.*cum ſeq.* ſi tempore ratificationis dominus rei venditæ tributarius quoque eſſet, non vero immunis à ſolutione gabellæ; quia tunc ea deberetur gabellario exiſtenti tempore ratificationis, non vero ei, qui erat tempore venditionis iuxta ſententiam Bal. *in l. obſeruare* §. *poſt hæc, ff. de offic. Proconſul.* & aliorum quos refert, & ſequitur Tiraq. vbi *ſup. num.* 70. Præd. ſententiam declarat Laſſ.vbi *ſup.n.*28.vt procedat, quando venditio fuit facta à principio nomine domini, quia alias ratificati non poterit,*l.ſi Pupilli.*§.*ſed ſi ego ff.de negot.geſt.c. ratum, de reg. iur. in* 6. ſed † tantum ad præiudicium approbantis 17 probari: & huiuſmodi approbatio non trahitur retro,ſed ſolum operatur, vt ex nunc, & ſic ac ſi modo vendidiſſet, &c. & ita tenendum eſſe cenſeo: tametſi præd. doctrinam ſibi certe dicat non probari Molin.vbi *ſup.colum.* 511. iure tamen, vt vidimus,probatur,quibus † ſit, vt ſit rei dominus 18 immunis erat à gabella tempore venditionis celebratæ, eſto tempore ratificationis immunis non eſſet,gabellam non debebit propter eandem rationem iuris fictione ad tempus celebrati contractus vt profitetur idem Molin. *in finalibus verbis illius diſputationis,col.*512.

Cuius autem loci gabellario, aut domino de- 19 beatur præfata gabella, conſtat ex ſupradictis, & ex 5.*tit.*17.*hoc lib.*9.& in terminis iuxta eam tradit, & diſtinguit in propoſito Laſſar. *d.cap.*4.*num.* 24.quicquid ſimpliciter Girond. 6. *par. de gabell. n.*67. *cum ſeqq.vſque in fin.* dicat præmiſſa ſpecie gabellam deberi tempore contractus, & gabellario, qui tunc erat, & non tempore ratihabitionis, licet tunc perfectionem accipiat, & deberi incipiat, ſed diſtinguendum vere eſt, vt *ſupra.*

SVMMARIA.

1 *Gabella debita ex venditione rerum per ſententiam,de remate, vulgo dictam auctoritate iudicialis facta pro ſolutione debiti reuocata cenſeatur itavt,*

ita vt,& ſemel ſoluta repeti poſſit, reuocata poſtea per ſuperiores in gradu appellationis præd. executione & ſententia,& omnibus inde ſequutis eligitur opinio affirmatiua,num.2.

QVÆSTIO XVI.

An reuocata ſententia de remate in via executiua lata,debeatur gabella, & ſoluta repeti poſſit,necne?

1 QVæro etiam: *An quando executionis ſententia de remate vulgo dicta, appellationis iure fuerit reuocata,& omnia inde ſequuta & bona ob executionem capta, iuſtum ſit reſtitui reo executato*: Tales,y tan buenos como eſtauan quando le fueron tomados y executados, libremente y ſin coſta alguna: *gabella quæ ſemel ratione ſubſequutæ iudicialis venditionis, vt creditori ſatisfieret iuxta ſententiam de remate,eiuſque tenorem fuit debita,reuocata etiam remaneat cum ipſa executione,& ſententia de remate, & ſi forſan ſoluta fuerit repetenda ſit à gabellario,vel domino qui eam receperat, ipſique auferenda,necne?*

In hac re D.Suar.de Paz *in ſua pract.1.tom. 4.p. cap.17.num.* 13. affirmat ſententiam negatiuam in fauorem gabellarij, infirmis tamen rationibus, vt patet, & probat Laſſa.eis reſpondens *de decim. vendi.cap.14.ſub num.61.verſic.Doctor tamen*, addens aliam fortiorem,& ſuo iudicio præciſam, & ineuitabilem,ob quam cenſet,vix obtinendum fore in ea ſpecie,vt gabella iſta non ſoluatur,vel repetatur ſoluta nempe: quia quamuis iure appellationis,vel nullitatis intentandæ dici queat, ſententiam finalis additionis fuiſſe ſuſpenſam, & poſtea per ſuperiores res iudices ratione nullitatis, aut iniuſtitiæ reuocatam, nullum vnquam effectum habuiſſe, ac ſi lata non eſſet, vt *infra* probabitur, id ſanè de venditione iudiciali ſubſequuta, vel ſatisfiat creditori, non obſtante quacunque appellatione & nullitate, iux.*l.3.in fin.*& *l.fin.titul.21.lib.4.Nou.Colle.Reg.* dici non poteſt, quia iuridice,& ex forma legis Regiæ celebrata eſt, ac proinde dici non poteſt, quin valida ſemel fuerit & gabellæ locum fecerit, quicquid poſtea per ſuperiorum ſententiam reſcindatur, ne iuſte prouocanti nocere valeat,iuxta tex. *in l. cum ex cauſa ff. de appellat.* ac proinde, cum venditio iſta retro non reſoluatur, aut nulla fuiſſe declaretur aliquo iure, ſed ex nunc potius reſcindatur & reuocetur, id ſine præiudicio gabellarij, vel fiſci intelligendum eſt, vt damnum male exequentis cedat, quia ſufficit ſemel legis gabellariæ conditionem extitiſſe,quamuis non duret,quam opinionem ſequitur etiam ſimpliciter Girond.*de gabell.5.par. in princip.num.* 57.

2 His nihilo ſecius non obſtantibus, contrarium verius eſſe cenſeo, & tenendum in praxi, imo quod in præmiſſa ſpecie gabella non debeatur, & ſoluta repetatur executoria lata, qua executio, & omnia inde ſecuta reuocantur, & annullantur, præcipiendo, quod bona capta libere ſine expenſis reo reſtituantur. Primo, quia hæc venditio nunquam fuit firma, nec iure valida,ſed potius reuocabilis, quatenus de facto proceſſit, eius valore in ſuſpenſo exiſtenti, ſicut, & ipſius executionis,tametſi propter eius fauorem,& vt celerius ſatisfiat creditori ſententia de remate præſtita fideiuſſione retractus,vt aiunt,iuxta formam l. Toleti executioni tradita, & mandata ſit, & creditori ſatisfactum, quouſque per ſuperiores iudices ſuper ea re,quid iuris eſſe debeat,ſtabilitum vltima ſententia fuerit: Ergo cum poſtea reuocantur, & annullantur omnia ſupradicta per iudices ſupremos, iam conſtat perperam exequutum, ac proceſſum fuiſſe in eiſdem, ac proinde bona libere reſtitui iubentur ſine expenſis reo,ac ſi à principio executio,& omnia inde ſequuta facta non fuiſſent, reſcinduntur.Ergo,& annullantur,non prout ex nunc, ſed potius prout ex tunc,vt patet, ſiquidem, bona reſtitui iubentur talia, & ita bona, vt exiſtebant tempore executionis,eorumque capitionis, libere, & ſic expenſis,& cum fructibus,& redditibus illo medio tempore perceptis,& cum hoc ceſſant fundamenta contraria, & ratio illa, quæ præciſa, & ineuitabilis videbatur Laſſa.

Lex ergo 1.*tit.*17.*lib.*9.de venditoribus loquens, vt ſoluant gabellam de iis venditionibus, intelligenda eſt,quæ à principio validæ, & perfectæ omnino ſunt,& ſic quoties legis gabellariæ conditio ſemel extiterit,quamuis poſtea alia ratione, vel iuſta cauſa ab ipſo tamen contractu venditionis non orta, non duret, & reuocetur: attamen in propoſito, de quo agimus, à principio peccauit executio, & venditio iudicialis, & eſt latentes hoc vitium, quo vſque fuit declaratum per ſententiam ſuperiorum in rem iudicatam tranſactam,qua omnia annullantur. Ergo venditio præd. à principio fuit nulla ſi fuit nulla, minime ex ea gabella debetur.

Secundo hæc eadem ſententia aduerſus præcitatos authores eo conueſtitur fundamento, quod appellatio ſubſequuta effectum ſententiæ latæ ſuſpendit ſiue extinguit,iux.*l.§.fin.ff.ad Turpillian. & l.furti.ff.de his,qui not.infam.*& quæ communiter notant Canoniſtæ *in rubric.de appellat.& in c. venientes,de iur.iur.* Et quamuis iure Regio executio ſententiæ de remate in cauſis executionis per appellationem, & nullitatem propoſitam non ſuſpendatur, id ideo præcipitur, ne ob malitioſas allegationes, & dilationes rei differatur ſolutio debiti liquidi ex confeſſione clara facta in iudicio, vel in inſtrumento guarentigio publico contenta, aut chirographo in iudicio recognito,vel mandato iudicis,vel in literis exequutoriis contenti, & ſic in fauorem creditorum:reuocabiliter tamen, quia non ob id impeditur,ſatisfacta prius parte, & præſtita ab eo fideiuſſione retractus, effectus deuolutiuus appellationis: Ergo ſi appellatio prodeſt appellanti quo ad ipſam executionem principalem, & ſubhaſtationem iudicialem virtute ſententiæ de remate factam,prodeſſe quoque debet, quo ad gabellam inde à debitore prætenſam, vt hæc quoque non ſoluatur,& ſoluta repetatur, nec etiam eam debet creditor,licet in culpa fuerit, propter executionem malè petitam: ſiquidem nulla fuit, & ex venditione nulla gabella à neutra parte debetur, vt non ſemel in hoc opere docuimus, ſic etiam nec decima hoc caſu exequutori debetur ſecundum Auendan.*in 1.par.cap.17.præt. num.*10.*verſic. quæ dicta ſunt*, & cæteros noſtri Regni authores. Et ita ſemper iubetur in ſententia ſupremorum iudicum, cum ſimilis executio reuocatur, & annullatur:præcipitur enim in ea, quod bona capta propter executionem libere reſtituantur reo ſine expenſis,& iuribus executionis, & tunc creditor in eis non condemnatur. Tandem ſententia de remate, quæ non obſtante appellatione, vel nullitate exequitur,ſemper habet in à principio, & tranſit eius executio cum illo onere,& vitio, morboque interiori

interiori reuocationis, & annullationis fiendæ per ſuperiores,ſi hoc ius dictauerit,ac proinde,nil mirum ſi gabella in noſtra ſpecie non debeatur, declarata poſtea iniuſtitia, & nullitate executionis, & ſententiæ de remate.

Et in eiſdem fere terminis hanc noſtram ſententiam probauit & etiam Abb. *conſil. 69. incip. Chriſti eiuſque Matris,lib.* 1. Socin. *conſil.* 76. *volum.*1.quem refert, & ſequitur Ægidius Boſſius *in titul.de vectig. pro quibus rebus ſoluat.* & meminit Alcia.*in l.cœpiſſe.ff. de verborum ſignificatio.* Tiraquell. *de vtraque retract. titul.2.§.6.gloſ.2. numero decimo ſeptimo.*& ſequitur ac probat aduerſus D. Paz Laſſar.*dict. cap.14.num.61. per totum*, tametſi (vt prædiximus) poſtea dicat, quod etſi hæc vera ſint, vix tamen obtinebitur, vt gabella iſta non ſoluatur, propter rationem ab eo excogitatam, quam ſupra retulimus, & ſufficienter ſubſtulimus: quare deſtructo eius fundamento corruit ſuum ædificium, argumento tex.*in c.cum* Paulus 1. *quæſt.* 1.*cum ſimil.* ac proinde remanet defenſata noſtra vera, & tenenda ſententia.

SVMMARIA.

1 *Gabella an, & quando debeatur ex venditione eo pacto facta, vt ex ea ſcriptura fiat? & numeris ſequentibus præcipuè*, numer. 6.cum ſequentibus, *idem ſeruandum eſt in permutatione, eodem pacto facta,vt* in n.11.

2 *Pœnitentiæ locus quando ſit in venditione de qua conuenit,vt de ea fiat ſcriptura.*

3 *In dubio,quando non conſtat,an ſtatim partes voluerint habere pro perfecto contractum venditionis ante ſcripturæ confectionem,ſtandum eſt deciſioni*,l.6.titul.5.part.5. *præcipientis,vt locus pœnitentiæ fallit,quando ex coniecturis aliud apparet,vt* hic, *&* in num. 4. *nempe traditione rei, vel ſolutione pretij facta ſtatim, vel ex interuallo.*

5 *Conuentio partium poſt venditionem mutuo conſenſu celebratam, quod fiat de ea ſcriptura,non ſuſpendit contractum, ſed ſolum ad maiorem firmitatem,faciliorem que probationem id factum intelligitur,ac proinde non licet pœnitere ante ſcripturæ confectionem.*

7 *Quinque dies à l.Regia aſſignati ad ſoluendam gabellam,non currunt,niſi à die confectæ ſcripturæ,quoties de ea facienda conuenit,& cui gabellario debeatur tunc gabella?*

8 *Partes antequam fiat ſcriptura conuenta de venditione licite poſſunt pœnitere, etiam, quæcunque earum altera inuita, & etiam inuito fiſco.*

Gabella,confecta ſcriptura,non debetur,ab eo, qui tunc erat immunis à ſolutione eius, licet tempore venditionis de qua ſcriptura conficienda conuenitur,eſſet tributarius,d.num.8.ad fin.

9 *Gabella ſtatim venditione facta debetur gabellario illius temporis ante confectionem ſcripturæ in caſibus in quibus non eſt licita pœnitentia ante confectionem ſcripturæ.*

10 *Alphonſi à Vega opinio declaratur.*

11 *Gabella an,& quando debeatur ex permutatione de qua conuenit, vt fieret ſcriptura? &* numer.12.

13 *Permutatio an hodie per traditionem rerum irreuocabilis fiat? &* num. 14.

15 *Gabella ex venditione pure celebrata abſque mentione ſcripturæ debetur in loco contractus, licet alibi ſcriptura fiat.*

16 *Gabella ex rebus venditis in mundinis liberis à gabella non debetur, licet inſtrumentum, vel traditio ſtate vtra mundinas,&* num. 17.

18 *Gabella venditionis de qua debet ex confectione confici ſcriptura debetur in loco vbi ſcriptura fuerit confecta.*

19 *Gabella ex venditione pure facta abſque ſcriptura intercedente, tamen arrha ex quo tempore debeatur, & cui gabellario? & quando dicatur perfecta ea venditio, & an in ea locus ſit pœnitentiæ,*& num.ſeqq.

QVÆSTIO XVII.

De gabella debita ex contractu venditionis, eo pacto celebrato vt de ea fiat ſcriptura,an debeatur interueniente arrha?

QVæro etiam: *An,& quando, & cui gabellario debeatur gabella ex venditione facta eo pacto inter partes,vt de ea ſcriptura fiat,& ſicut in ſcriptis venditio fiat?* 1

Veritas huius quæſtionis dependet à deciſione alterius difficilis, an ſtante hac conuentione, poſſint partes pœnitere ante confectionem ſcripturæ, necne?quam latiſſime examinatus,*lib.3. Practicar.*
Quæſtionum. quæſt. 94. per totam † vbi tandem 2
*num.21.*relatis aliorum opinionibus, reſoluimus, tunc demum pœnitentiæ eſſe locum in ſpecie præmiſſa ante confectionem ſcripturæ,*iuxta l.6.tit.5. p.5.*quando ex modo contrahendi colligeretur expreſſe,vel ex coniecturis arbitrio boni viri, partes omnino non habuiſſe pro abſoluto contractum ante confectionem ſcripturæ:niſi in contractu, de quo agitur, eſſent plura pacta,& capitula, de quibus difficile inter partes conueniri poſſet,niſi facta ſcriptura, vt in conuentione pacis,& ſimilibus:ſecus vero,quando conſtaret ex modo contrahendi, perfectam omnino fuiſſe venditionem, tametſi ſcripturam de ea eſſe conficiendam partes conuenerint:& hoc ſtante,*l.2.incip.Pare ciendo que alguno ſe quiſo obligar.tit.16.lib.5.Nouæ Collect.Reg.*& ſic in caſu limitationis eiuſdem *l.6.Partitæ*,Gregorij Lopez ibidem *gloſ.1.in fin.& in gloſſ.ſequenti*, quam limitationem ſemper in praxi probauimus, & iuxta eam conſuluimus, & affirmauimus *dict. quæſt.94.num.*13. allegando etiam pro ea Decium & Didac. Perez, & nouiſſimè eam tenet Molio. Theolog.*in 2.tom.de iuſt.& iur.diſpu.* 337. *colum.* 504. *ad fin.* & *in principio columnæ ſequentis*, & iterum *diſp.*37.*colum.* 955.*in verſi. ſicut quando*: vbi idem probat in permutatione,ſicque ſunt conciliandæ duæ opiniones contrariæ, de quibus per nos, vbi *ſupra,numero* 11 *cum ſequentibus*, & per Azeued. *in leg.1.numero 124.cum ſequentibus, titul.17.hoc libro nono.*
Addimus nunc noue pro maiori declaratione 3
huius articuli, quod in dubio, quando non conſtat, an ſtatim partes voluerint habere pro perfecto contractum ante ſcripturæ confectionem,necne?ſtandum erit deciſioni,*d.l.6.tit.5.par.5.* quæ expreſſe & indiuiduo generaliter decidit, quod ex eo ſolum: *Que el comprador dize al vendedor: Quiero ſe a deſta vendida carta fecha*, venditio non eſt conſumata, *haſta que ſe a fecha la carta, è otorgada, y que antes deſto ſe puede arrepentir qualquiera della*: ex hoc tamen non excluditur limitatio Gregor. Lopez ad illam l. vt ipſa non procedat,

procedat, quando aliquibus coniecturis conſtaret de intentione partium, nempe, quod noluerint per hoc in ſcriptis contrahere: ſed voluerint ſcripturam tantum ad probationem ſequitur Laſſar. *de decim.vend.cap. 3.nu.14.* & Molin.*in 4.loco ſupra citatus*, & probare quoque videtur Girond.*de ga§ bell.5.p.in princip.n.17.* dum limitat, quando res non eſſet integra.

4 Hanc tamen limitationem veram intelligit Laſſar. vbi *ſupra n.17.* vbi ſtatim ſine longo interuallo cum de re, & certo pretio conuentum fuit, res traditur, vel pretium ſoluitur: ſecus vero ſi ex poſt facto ante ſcripturæ confectionem traditio rei, vel ſolutio pretij fit, quia cum iam à principio conditionalis remanſerit venditio in ſcriptis celebranda, non purificabitur donec ſcriptura fiat, vt inquit conſideraſſe Montalu. *in l.3.ingloſſ.ante que el precio, tit.10.lib.3.for.* cuius in hoc declarationem probare non poſſum, cum videam vtroque caſu, nempe, ſiue à principio, hoc eſt, ſtatim traditio, vel ſolutio fiat, ſiue ex poſt facto, conſtet æque de intentione partium, ſcilicet, ſcripturam fieri voluiſſe de venditione ad probationem tantum, non vero pro ſubſtantia venditionis, cum ex implemento ipſo ante confectionem ſcripturæ facto in continenti, vel poſt, ea mens fuiſſe à principio, aperiatur, vbi de contraria voluntate, aut mente non conſtat, ad probationem potius, quam pro ſubſtantia voluiſſe ſcripturam eſſe conficiendam.

5 Quinimo omnes conueniunt, quando poſt emptionem, & venditionem mutuo conſenſu celebratam, partes de ſcriptura ea de re conficienda agunt, aut conueniunt, id non ſuſpendere contractum, ſed ſolum ad maiorem firmitatem facilioremque probationem de ſcriptura agere, & inde fit, vt ante talem ſcripturam neutri fas ſit recedere à contractu illo, mutuo conſenſu perfecto, vt affirmat Moli.*d.col.504.verſi.omnes autem*, & probauimus nos vbi *ſupra, n.3.* Anto. Gomez *2.tomo.varia.reſolu.c.2.n.17* & cum aliis Azeued.*in d.l. 1.n.* 6 *123.tit.17.hoc lib.9.*

Hac igitur ſecunda quæſtione deciſa, noſtra prima principalis quæſtio circa gabellam, eodem modo, & iuxta deciſionem ſecundæ reſoluenda eſt: nempe, vt quibus caſibus diximus, partes poſſe pœnitere ante confectionem ſcripturæ, vbi de ſcriptura facienda à principio conuenit, gabella ex ea venditione non debeatur, donec ſcriptura fiat, 7 quia antea nullatenus perfecta venditio eſt. Hinc eſt † quod quinque dies ſolutionis huius gabellæ nõ current ſimiliter, donec ſcriptura fiat. Nec præterea hæc gabella debebitur gabellario tẽpore vẽditionis, ſed ei gabellario, vel domino, qui tempore inſtrumenti confecti extiterit, vt in terminis probauit Anto.Gomez *2.tom.variar.reſolu.cap. 2. num.17.verſi.tertio infertur*, & Laſſar.*d.cap.3.num. 13.* & *numer.24.verſic.quod idem & ante eos Bertachi.de gabell.in 3.membro 8.partis princip. quæſt. 43.num.67.* & ſequitur Giron. *de gabell. 5. par. in* 8 *princip.num.18. cum ſequentib.* † Addit Laſſar. *d. cap.3.num.3.* quod interim, antequam ſcriptura fiat, licite poterunt partes, vel quæcunque earum à contractu recedere, altera inuita, & etiam inuito fiſco, ſecund. Anto. Gomez vbi *ſupra. in verſi. ex quibus infertur*, & Molin. vbi *ſupra, dict. colu. 504. verſic.quæ dicta ſunt, & colu. 505. verſi. quando. &* ſupradicta probat etiam Azeued.*in l. 1.num. 120. cum ſequentib.tit.17.hoc lib.9.* Ex quo etiam infert Moli. vbi *ſupra*, quod ſi tempore ſcripturæ confectæ venditor immunis erat ab eo tributo, illud non debeat, eſto tempore conuentionis immunis non fuerit.

At per contrarium vbi iuxta ſupradicta, & reſoluta partes ante confectionem ſcripturæ pœnitere non poſſunt, gabella ſtatim ex ea venditione debetur gabellario illius temporis ſoluenda, non vero cum ſcriptura conficitur, nec gabellario tunc exiſtenti, vt inquit, iam ſe iudicaſſe contra Ducem del Infantado, eiuſque ſententia per ſuperiores iudices confirmatam fuiſſe Laſſa. vbi *ſupra, num.15.* 9

Hinc intelligenda, & interpretanda venit opinio quędam Alphonſi à Vega *lib.5.ſuæ ſummæ caſu* 660. (ne illam damnemus tanquam indigeſtam, & minus caute prolatam) aſſerentis, quod licet venditio in particulari fiat abſque officio publico, hoc eſt, tabellione, debetur gabella, dummodo res vendita ſit penes emptores ex Nauar. quem citat. Hæc namque aſſertio intelligi neceſſario debet, quando nulla conuentio interuenit de celebranda ſcriptura, tunc namque ſtatim perfecta venditione debetur gabella, non expectata traditione, vt *alio capite* reſoluimus *ſupra*. Cæterum ſi conuenerit de celebranda ſcriptura venditionis, ſeruanda eſt diſtinctio, quam ſupra fecimus. 10

Idemque eſt in hac ſpecie dicendum in permutatione, quod in venditione, & reliquis contractibus quo ad effectum ſcripturæ attinet, vt probat tex.*in l.contractus, ibi, venditionum, & permutationum.C.de fide inſtrum.* & ibi DD. communiter, vt cum eis, & Laſſar. affirmat Molin. vbi *ſupra, diſput. 397. colum. 955. in verſi. ſicut quando*: non ergo debebitur gabella ex ea permutatione, donec ſcriptura plene fiat, quoties de ea facienda actum fuit in ipſa permutatione, & tunc ei gabellario debebitur, qui tempore quo ſcriptura fuerit confecta extiterit adinſtar venditionis, niſi ex aliquibus coniecturis appareat, partes ad ſolam probationem non ad contractus permutationis ſubſtantiam ſcripturam deſideraſſe, ita rectè probauit Laſſar. *de decim. c. 17. num. 49.* † vbi *num. 50.* affirmat 12 evidentem coniecturam eſſe in propoſito, ſi in permutatione præter traditionem rerum, ſit ſoluta gabella gabellario, ad hoc, vt cenſeatur, eos per mentionem ſcripturæ conficiendæ, non intendiſſe ſuſpendere contractum, ſed ſolum vt ad probationem, maioremque ſecuritatem ſcriptura fieret, ita tenet Laſſar. & Moli. vbi *ſupra*, Vnde ſecundum eoſdem, nec partes in hac ſpecie pœnitere poſſunt ante confectionem ſcripturæ, nec ſi pœniteant gabella repeti poterit, nec ſi poſtea ſcriptura fiat, gabellarius, aut dominus eius temporis confectionis, ſcilicet, ſcripturæ quicquam petere poterit, vel prætendere contra gabellarium, qui erat tempore contractus, aut contra hæredes prioris domini circa illam gabellam, quæ ſemel tanquam ex perfecto contractu ſoluta eſt, licet à principio conuenerit fieri de eo ſcripturam, cum per ſolutionem gabellæ ſtatim factam, videantur partes non tam ad ſubſtantiam, quam ad ſolam probationem ſcripturam requiſiſſe. Addit Laſſar. vbi *ſupra*, quod ita iudicauit in cauſa non leuis quantitatis inter eundem ducem del infantado, & hæredes Marchioniſſæ del Cenete eius matris, & gabellarios ab ea ius ex conductione habentes. 11

Non tamen ſufficeret (ſecundum Laſſar. *d.cap.7. num.49.* & Moli. vbi *ſupra, col.955. in verſic.admonet vero*) quod ſtatim à permutantibus rerum traditio facta ſit, niſi gabella quoque gabellario ſoluatur: provt alias ſufficere in venditione ad 13

ſcripturam contracta dictum eſt, quia hoc locum non habet in permutatione: quia cum ex natura ſua re contrahatur, initium ipſius eſt rei traditio, quæ tamen in venditione conſummata quædam perfectio eſt vt *in l.1.ff.de rerum permut.* ibi, *retradita initium obligationis præbet*, atque ita ex traditione, quæ neceſſaria eſt ad initium contractus ſecundum ſuam naturam, nihil noui coniectare licet, quo ad ſcripturæ effectum, provt alias recte coniicitur in venditione, eo quod ſolo conſenſu ex natura ſua perficitur, nec traditionem requirit, iuxta *l.2.ff.de contrah.empt.*

14 Hanc tamen opinionem ex eo probare non poſſum, cum ſciam iuxta veriorem, & receptionem ſententiam hodie attenta *l.2. tit.16. lib. 5. Nouæ Collect.Reg.in cap.Pareciendo que vno ſe quiſo obligar*, in contractibus innominatis do vt des, &c. prout eſt contractus permutationis, non eſſe locum pœnitentiæ, etiam ante traditionem, vt reſoluimus in noſtro tractatu *de Iuramento Confirmatorio, 1.par.cap.35.num.1.* Ergo licet permutatio verbis fiat, ex pacto, vt ex ea ſcriptura conficiatur, ſi ſtatim facta conuentione res tradantur, procul dubio coniici poteſt, ſicut in venditione diximus, partes permutantes ſcripturam deſideraſſe ad probationem, & titulum ſuorum contractuum, non vero ad eorum ſubſtantiam, cum res tradiderint ſibi inuicem, & hodie contractus permutationis de ſui natura ad perfectionem irreuocabilem traditionem non requirat: quo fit in permutatione ad ſcripturam conuenta, traditis rebus ante ſcripturæ confectionem, gabella debeatur gabellario illius temporis, non vero illi, qui tempore ſcripturæ celebratæ gabellarius exiſtit.

15 Quod ſi partes in contractu venditionis ſcripturæ non meminerint, ſed venditionem ſimpliciter celebrauerint in vna ciuitate, in alia vero inſtrumentum de ea confecerint, debebitur gabella in loco contractus, non vero in loco, vbi inſtrumentum poſtea fuit confectum, ſtante ſtatuto, quod de contractu ſoluatur gabella, vt præcipit, & decidit noſtra *l.1.tit.17.hoc.lib.9.* ſecus ſi ſtatutum diceret quod de inſtrumento ſoluatur gabella. ita Firmian *de gabell.6.p.nu. 5.* & alios allegans Girond.*de gabell.6.p.num. 21.*

16 Vbi † etiam, quod ſi contractus celebratus fuerit in nundinis liberis à gabellis, & inſtrumentum, vel traditio fiat extra nundinas tantum erit animaduertendus locus, & tempus contractus, non tempus inſtrumenti facti ex Bald.*in l.1.num. 4. C. de nundi* & aliis, quos ibi allegat, Confirmatur hæc ſententia ex doctrina Bald.*in l. vniuerſa in fin.C.* 17 *de precib imper. offerend.* quem in propoſito refert, & ſequitur Firmia. vbi *ſupra, d.numer.5.* † tenentis, quod pro ſolutione gabellæ debet inſpici locus celebrati contractus, non vero locus rememorati contractus, quæ rememoratio fit per inſtrumenti confectionem de eo, quod alibi fuit inter partes conuentum, vt conſulo, quod ita fiat, & non ad euitandas lites: quod ſi contractus venditionis à principio celebratus fuit ſub conditione, vel 18 conuentione, † quod de eo fieret ſcriptura in caſibus præd. quibus alias poſſunt partes ante ſcripturæ confectionem pœnitere, & poſtea fiat ſcriptura in alio loco, ibi, & non in priori debebitur gabella vt prædiximus: ſecus ſi ſcriptura requiſita fuit tantum ad probationem non vero ad ſubſtantiam contractus, vel vbi partes pœnitere non poſſunt ante confectionem ſcripturæ, vt conſtat ex ſupradictis.

19 Sed ſi venditio pure celebrata ſit abſque ſcriptura arrha tamen interceſſerit, dubium eſt, *an ex tempore contractus venditionis gabella debeatur domino, vel gabellario tunc temporis exiſtenti, vel expectandum ſit aliud tempus.*

Hæc quæſtio etiam pendet à deciſione alterius *a quo tempore, ſcilicet, præd. venditio. perfecta eſſe videatur, & ſit?* Qua in re variæ ſunt iuris peritorum ſententiæ, & opiniones circa hoc, nempe, qualiter poſſit, quælibet pars à contractu recedere & ad quid teneatur, vt refert Anton Gomez. 20 *2, tom.varia.reſol.cap. 2. nu. 18.* † concludens eſſe tertiam ſententiam, quam in practica ſeruari dicit Salic.*in l.contractus.§. illud.num.14. C. de fide inſtrum.* ſcilicet, quod quælibet pars poſſit licite à venditione recedere, & tantum perdat arrham, quam dedit, vel duplicatam reddere, quam recepit ex *l.7.tit.5.par. 5.* vbi notat Greg.Lopez *in glo.verb.Deſpues*, & bene Molin. *de iuſt. & iur.2. tom.diſpu.338.colu.513.* Non tamen explicat Anton.Gomez an interim eo caſu præd. venditio tenuerit, & perfecta ſit: ſed hoc declarat Didac. Perez *in l.2.tit.7.lib.5.Ordina.pag.189.col. 2.* dicens, † eo 21 caſu ſtatim à principio perfici venditionem, ac ſi pure ſine arrha contracta foret: etenim arrhæ datio id ſolum operatur, vt quicumque ſine altero ex contrahentibus poſſit mutato conſenſu ſub ſola arrhæ amiſſione diſtrahere, quia ſic tacite inter eos actum videtur, vt ea pœna contenti ſint, prout notant Greg. Lopez, & Moli. *vbi ſupra.* poſt Azor, Salic. Anto. Gom. & præd.l. Regiam Partitæ, id quod ipſamet l.7. aperte ſignificare videtur, ibi: *Y no valdra deſpues eſta vendida:* Innuit ergo, eam, à principio tenuiſſe, quamuis arrha data fuerit, quia pura eſt, etiam ſi poſtea mutato alterius conſenſu in poſterum diſtrahatur: Debebitur igitur gabella à principio ex hac venditione, quia pura eſt, & ratione contractus debetur, qui perfectus eſt, ſimulatque inter partes de certo pretio conuenit: Vnde quamuis arrha amiſſa, quilibet ex contrahentibus à venditione recedat, non ideo minus gabella debebitur, quæ ſemel fiſco vel gabellario ex venditione perfecta, quæſita eſt: licet enim vere venditio diſtrahatur ex tacito partium pacto ab initio præſumpto, atque ex mente contrahentium collecto ex ſola datione arrhæ, vt præmiſimus, non quidem in præteritum reſoluitur, ſed in futurum reſcinditur ex *d.l.7.* Regia in verbis ſupra relatis, ibi *Deſpues*: Ergo firmum remanet gabellæ debitum à principio contractus, ſicut contingit in pacto expreſſo de retrouendendo, quia licet id poſtea in executionem deducatur, nihilominus ex prima venditione rei præd. pacto adiecto facta, debetur, & ſoluenda eſt gabella, nec ſoluta repetitur: tametſi poſtea res retrouendatur vt ſuo loco reſoluimus *ſupra ſua quæſtione*, & in terminis noſtræ quæſtionis de arrha ita reſoluit Laſſar.*de decim.vend.c.3.nu.18.*

Sed hæc ſententia vera minime quidem videtur, 22 nec eſt, quoniam eo ipſo, quod tradita arrha iuris diſpoſitione permiſſum eſt à contractu diſcedere, ſuſpenſa videtur venditio, vt perfecta non cenſeatur, quouſque traditio ſit facta, ſed fas vtrique contrahentium ſit, illi non ſtare amittendo arrhæ valorem, nec hoc ſane eſt reſcindere, & reuocare contractum, ſed illi non ſtare, tanquam infirmo adhuc ad obligandum. Accedat præterea, quod cum de iure huius Regni venditor teneatur ſoluere integrum gabellæ tributum, vt in *ſæpe allegata, l.1.titul. 17. hoc lib.9.* durum eſſet, emptore non ſtante contractui, iure id illi permittente contra venditoris voluntatem, tenere

nihilominus venditorem ſoluere hoc tributum integrum, quod eſſe poterit longe plus quam arrha, quam emptor amittit, quibus fundamentis hanc ſecundam ſententiam aduerſus priorem Laſſar. tenet, & probat Molin.vbi *ſupra,colum.* 514. *verſi. vtrum eſt*, ibi: *Hac ſententia mihi non probatur*, hanc ſecundam ſequitur etiam contra Laſſar. dicens, male ipſum tenuiſſe priorem, Azeued.*in d. l. Regia* 1.*n.*91.*tit.* 17. *hoc lib.* 9. nec tenendo hanc ſententiam obſtant verba *d.l.Regiæ* 7.*tit.*5.*p.*5.*ſup.* pro priori parte expenſa, ibi: *Y no valdra deiſpues eſta vendida*:quia verum eſt tunc,& ſic poſtea declarari non valituram præfatam venditionem, ſed ex pacto tacito partium, iuncta iuris diſpoſitione à principio ſuſpenſa videtur, ac proinde perfecta non eſt, quouſque traditio ſit facta:nec exemplum de pacto de retronendendo ſupra adductum pro priori parte, quicquam vrget, quia in eo prima venditio perfecta ſemper manſit,& ſecunda ex pacto poſtea celebratur:At in noſtra ſpecie ſecus eſt, vt prædiximus.

23 Limitatur tamen hæc noſtra verior, & tenenda ſententia,& contraria ſaluatur, vt procedat prima opinio cum arrha datur non tantum pro ſigno,ſed inſuper, & pro parte pretij, tunc namque cum nulla pars poſſit diſcedere à præd.venditione iuxta *d.l.*7.*ad fi.*Nimirum eſt, quod debeatur gabella ex tempore contractus,vt *notat* Greg.Lopez *in d.l.*7. *in glo. E al precio*,& Anton.Gom.*d.num.*18.*ad fin.* & eſt *l.*2.*tit.*10.*lib.*3.*Fori*,vbi Montalu.*in glo. Partida del precio*,Ioan.Oroſ.*in l.iuris gentium.§.adeo, num.*7.*&* 8.*ff.de pact.* Girond. *de gabell.* 5.*par. in princip. n.* 18.*&* 19. & Michaël Salon *de iuſt. & iur.cap.*191.*colum.* 454. *verſi. tertio nota cum ſequentibus*,Vega vbi *infra* citabitur, ſequitur Azeued.vbi *ſupra,n.*92.vbi *n.*93.recte obſeruat,quo in primo caſu cum datur arrha pro ſigno, ſi nulla ex partibus diſcedat à venditione, debebitur gabella gabellario,qui erat tempore contractus, non vero tempore traditionis.

Non ergo authores prædictos, aut aliquem eorum vidit frater Ludou.Lopez *in* 2.*par.ſui inſtruct. conſcien.c.*41.*q.*4.fatetur, ſe non inueniſſe hoc expreſſe aliquem Doctorem,quem refert Vega *in ſua ſumma,lib.*5.*caſu* 632.*ad fin.* dicens, non eſſe clarum hunc caſum in iure, niſi conſuetudine introductum ſit,quod poſſit in hac ſpecie peti gabella.

SVMMARIA.

1 *Gabellæ quo ad ſolutionem rei venditæ, quanti Titius,vel alius æſtimauerit, cuius temporis habenda ſit ratio,an contractus,vel æſtimationis factæ?& numeris ſequentibus,vbi reſoluitur tempus æſtimationis attendendum eſſe, non vero tempus contractus? &* n. 5.*quo ad diuerſos gabellarios exemplificatur.*

3 *Morienti illo, qui pretium venditionis æſtimare debet,nulla venditio eſt, nullaque gabella debetur,quod,ſi viuat,& differat æſtimare an compelli poſſet ad petitionem fiſci,gabellarij, vt pretium definiat?* ſupra n. 4.

6 *Gabella non debetur ex venditione facta ad beneplacitum emptoris,ſi poſtea ei diſpliceat.*

7 *Venditio ad beneplacitum emptoris,arbitrio boni viri commiſſa intelligitur, & ſtatim declarare debet emptor,quod ſibi placet, ſi indeterminate ita vendatur,ſi tibi placet: nec ſufficit, quod die ſequenti dicat,ſibi placere, vt* in n. 8. *Sed ſi ita dicatur, niſi diſplicuerit, intra ſexaginta dies diſplicere debet,vt* in n. 9. *nec hoc ſufficit niſi intra dictos ſexaginta dies rem reſtituat, vt* in n.10.

11 *Venditio earum rerum,quæ pondere numero, & menſura conſiſtunt,an ſit pura, vel conditionalis?& numeris ſequentibus.*

12 *Gabella ex venditione rerum,quæ pondere,numero,vel menſura conſiſtunt primo gabellario debetur exiſtenti tempore venditionis, non vero ſecundo,qui exiſtit tempore ponderis, numeri, vel menſuræ. d.* n.11. *& interim non eſt locus pœnitentiæ.vt* in n. 12.

13 *Gabella ex venditione rerum,quæ pendere, numero,vel menſura conſiſtunt peti non poteſt ante pondus, numerum, vel menſuram, ſed poſtea, quia conditionalis eſt hæc venditio, & imperfecta.*

QVÆSTIO XVIII.

De venditione quanti Titius æſtimauerit,vel ad pondus,numerum, vel menſuram?

QVæro:*Celebrata venditione,quanti Titius,vel alius æſtimauerit, cuius temporis habenda ſit ratio ad debitum gabellæ,an contractus, vel æſtimationis factæ:*Quod magni momenti eſt in praxi, *vt ſi forte contingat, quod tempore conuentionis vnus gabellarius ſit, aut gabellæ dominus, tempore autem pretij definiti alius exiſtat,an,ſcilicet, primo gabellario,vel domino gabella debeatur, & ſoluenda ſit, quaſi impleta conditione, venditio fuerit retrotacta ad tempus contractus, an vero huic ſecundo debeatur, quaſi nunc venditio perficiatur, cum pretium definitur, provt de venditione in ſcriptis celebrata* ſupra c.præcedenti *reſoluimus.* 1

Et videtur primo, domino, vel gabellario deberi, quaſi huiuſmodi venditio conditionis ſit, vt probat tex. *in* §. *pretium inſt. de empt. & vend. & l. fin. C. de contrahend. empt. ibi ſub hac conditione ſtaret contractus*, id, quod libenter fatetur Angel. *in d.* §. *pretium in princip. in verſi. nota, quod talis emptio*: & indubitabile eſſe dicit Philip. Corne. *conſilio* 50. *litera A. numero* 2. *in fine,lib.* 1. ac proinde pretio æſtimato retrotrahitur conditio ad tempus contractus, & debetur gabella ex eo contractu domino,ſeu gabellario illius temporis, non vero exiſtenti tempore impletæ conditionis, provt in contractibus conditionalibus reſoluimus ſupra ſuo loco.

Nihilominus tamen in præmiſſa ſpecie contrarium cenſeo,& probo, nempe ſecundo gabellario, vel domino deberi gabellam, non vero primo, quia in ſpecie illorum iurium nulla eſt conditionalis venditio, quæ definito pretio, ad tempus contractus poſſit retrahi, quin potius incepta quædam venditio eſt, quæ tunc temporis perficitur, & conſummatur, cum de certo pretio per tertij definitionem conſtare incepit: Etenim, dum de re, & certo pretio non omnino conſtiterit, perfecta, ſeu contracta venditio eſſe non poteſt, vt *in principio inſt. de empt. & vendit.* & *l.* 2. ibi: *ſine pretio nulla eſt venditio eſt.ff.eodem tit.& in d.§.pretium autem,ibi,tunc omnino*, & ibi, *tunc pro nihilo*,& clare *in l.*9.*tit.*5.*par.*5.ibi.*Eſt on ce.*quæ dictio extremitaté tẽporis ſignificat *l.*4.*§.fi.* vbi *glo.*& DD.*ff.de cond.& demonſt.*& in terminis noſtræ gabellæ ita reſoluit Laſſ.*de decim.vendit.c.*5. *num.* 19. 2

*num.*19.*&* 20.vbi reſpondet iuribus in contrarium allegatis, nempe ſolum dici in eis ſub hac conditione ſtare contractum, vt ſi Titius æſtimet pretium, venditio ſit:ſin autem non æſtimet,nec pretium declaret,nullo modo contrahitur venditio, ac proinde videri in ea conuentione, conditionalem venditionem eſſe: non autem dicitur,nec vere dici poteſt,quod interim,dum pretium definitur,& declaratur, aliqua venditio ſit vere contracta,vt vere contrahuntur conditionales venditiones, iuxta notata per ipſum authorem,*c.*5. Addimus nos in præmiſſa ſpecie noſtra, venditionem eſſe vllo modo conditionalem, provt eſſet, ſi ita contraheretur: vendo hanc rem ſi nauis ex Aſia venerit, vel ſimiliter:ſed pretium venditionis relinquitur definienda iudicio tertij,quod eſt diuerſum, & ſic non obſtant, quæ de venditionibus proprie conditionalibus ſupra alio c. in contrarium reſoluimus. Nec huc pertinet, quod ibidem etiam aſſeruimus de fine habente neceſſatiam conſequentiam ad principium,quia in noſtra hac præſenti nulla fuit venditio à principio, vt pote ſine pretio, ac proinde tunc vere venditio celebratur, cum tertius, cuius iudicio pretium definiendum relinquitur, illud definierit,& ideo merito præmiſſam ſententiam Laſſar.ſequitur Girond.*de gabell.*9.*par.§.vnic. numer.* 27.*pag.*194.& optime probat Molin. Theolog. 2. *tom.de iuſtitia & iure. diſputatione* 337.*col.* 506. *verſi.ſunt vero*,& Azeued.*in d.l.* 1.*n.*128. *cum ſequentib.tit.*17.*hoc lib.* 9.

3 Quod ſi tertius ille moriatur ante definitionem pretij,nulla venditio eſt,*vt in dict. l.* 9. & gabella

4 non debebitur,† quod ſi viuat ille tertius, & partes non curant vt pretium definiat,an poſſit compelli ad petitionem fiſci eius fauore,vel gabellarij, quod pretium definiat,vt contractus perficiatur,& ſibi ſoluatur gabella, agit pro, & contra Baldus *conſi.*444.*per totum.volum.*4. & tandem reſoluit, gabella non debet ſolui,ſed debet eis deferri iuramentum purgationis, quia nihil ſimulauerint in præiudicium gabellæ,quem referunt Ægidius Boſſius *in ſua practic.crimin.tit de Vectigal.* quod ſoluitur ex contract.*n* 4.*pag.*693.& Laſſar.*d.c.*3.*n.*22. & Azeu.vbi *ſupra n.* 150.

5 Similiter,ſi tempore pretij definiti, priuilegium aliquod exemptionis fuerit venditor aſſequutus, quod non habeat tempore contractus, vel è contra, vltimum tempus erit neceſſario attendendum ad iudicandum, an debeat ſoluere gabellam ex eo contractu, vel non, vt qualis eo tempore venditor reperiatur,talem eum ad gabellæ ſolutionem iudicemus: idemque erit in ea venditione, quæ per ſcripturam contrahitur *ex ſupra reſolutionis*,& in terminis in vtroque ita recte probat Laſſar. *d. c.*3.*n.*21.*&* 23.& Azeued.vbi *ſupra, n.*129.

6 Illud autem obſeruandum eſt, quod venditione rei facta ad beneplacitum emptoris, ſi poſtea res emptori diſpliceat, proculdubio ex ea venditione gabella non debetur,vt rectè probat Laſſar *d.deci.*

7 *vendic.cap.*14.*num.* 30.† Addens, quod ea venditio arbitrio boni viri commiſſa intelligitur ex Bar. *conſi.*166.*num.*2.*& conſi.*168. *num.* 3. & Abb. *in cap.*1. *num.* 22.*ad fin.de iudic.& facit l.Thais.* §.

8 *forore.ff.de fideicommiſſ.lib.*6.†Et quod ſi indeterminate ita vendatur, ſi tibi placet, ſtatim placere debet, nec ſufficit, quod die ſequenti placeat, vt

9 per Gregor.Lopez *in l.*8.*gloſ.fin.tit.*11.*par.* 3.† Si vero ſine præfinitione quocumque tempore dictum ſit ita, niſi tibi diſplicuerit, intra ſexaginta dies diſplicere debet, *l. quod ſi nolit.* §. *ſi quid ita.ff.de ædil.edict.* & notat Anton. Gomez *in* 2. *tom.variar.cap.*2.*num.*19.quæ omnia ſequitur Azeued.*in dict leg.*1.*n.*137. *cum ſequentibus.*† Addens 10 *n.* 139. non ſufficere dicere intra illos ſexaginta dies,quod ſibi diſplicet, niſi & rem reſtituat intra illos,ſecundum Laſſa.*in l.ſi quis arbitratu,n.*24.*ff. de verbor. obligat.*

Illa autem principalis quæſtio in propoſito ſe 11 offert examinanda *an in his,quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt, eoque modo venduntur pura, inceptaue,an potius, conditionalis venditio contrahatur?* quam latiſſimè Laſſar. *de decim.vendic. cap.*5.*num.*21.*cum ſequentibus*, circa intellectum *l. quod ſæpe.§.in his,ff.de contrahend.empt.*& tandem *n.*29.quoad noſtram materiam gabellæ attinet,reſoluit,decimam in præmiſſa ſpecie primo gabellario, vel domino, qui erat tempore venditionis ad pondus, numerum,vel menſuram factæ deberi:non vero ſecundo exiſtenti tempore ponderis, numerationis,vel menſuræ,† cum interim ante pondus, 12 numerationem vel menſuram non poſſit alter ex contrahentibus altero inuito à præd. venditione recedere,ſicut nec ab alia qualibet venditione conditionali iuxta communem reſolutionem Doctorum,quam ibi refert ex Menoch. *conſi.*26.*num.*28. *volum* 1.Dec.*conſi.*179. *n.* 1. *vol.* 1. & Couarr. *in Pract.Quæſtio.cap.*3.*n.*6.Eandem ſententiam principalem in noſtra ſpecie ſequitur Parlado. *lib.* 1. *rerum quotid.c.*3.*§.n.*26.& Azeued. *in dict. leg.* 1. *num.*140. *cum ſequentibus*, præcipue *n.* 143.† Et 13 quibus conſtat, non ſtatim deberi gabellam, non peti poſſe,ſed facta menſura,pondere,vel numero, quia conditionalis eſt hæc venditio, & imperfecta ante menſurationem pondus, vel numerum: eandem ſententiam tenet etiam Moli. Theolog.*d.*2.*to. de iuſt.& iur. diſp.* 366. *col.* 698. *verſi. quia ergo, ad fin.*

SVMMARIA.

1 *Gabella vna,an duplex debeatur in ſpecie,*l.quoties,C.de rei vendicat. *&* num. ſeqq.

2 *Gabella non debet iterum ſolui de re ſemel gabellata.*

4 *Emptor prior concurrens cum ſecundo ante traditionem rei venditæ vtrique in ſolidum, præfertur ſecundo.*

5 *Vendens eandem rem duobus in ſolidum diuerſis temporibus,& contractibus,dolum committit, & pœna falſi iure punitur.*

6 *Ius ſemel fiſco acquiſitum ex contractu partium, non poteſt ex interuallo facto ipſarum, vel cuiuſlibet earum auferri.*

7 *Gabella duplex debetur ex re bis vendita diuerſis emptoribus quoties à prima iam perfecta mutuo conſenſu partium diſceditur.*

8 *Emptor primus ſi ex conuentione,vel ſtatuto gabellam ſoluit,eam non repetet à gabellario,ſed à venditore,tanquam intereſſe, & damnum ei obueniens culpa,& dolo venditoris, à quo indemnis reddi, & remanere debet.*

9 *Gabellæ iure noſtro Regio tot debentur ex re vendita quot venditiones illius celebratæ fuerint.*

10 *Gabella an debeatur exceſſione? diſtinguitur vt hic.*

11 *Laudemium duplex,aut releuium, non debetur in ſpecie* dict.leg.quoties.Cod.de rei vendicatione *ex ratione de qua hic.*